ij. Hec dicit dñs deus. Audite me q̄ sequimini qđ iustum est: et q̄ritis dñm. Attendite ad petrā vnde excisi estis: et ad cauernā laci de qua precisi estis. Attēdite ad abraham patrem vestrum: et ad sarā q̄ peperit vos. Quia vnū vocaui eū et benedixi ei: ꝛ multiplicaui eum. Consolabit ergo dñs sion: et consolabitur oēs ruinas eius. Et ponet desertū ei⁹ quasi delicias: et solitudinē eius quasi ortum dñi. Gaudiū ꝛ letitia inuenietur in ea: gratiaꝝ actio et vox laudis. Attēdite ad me popul⁹ meus: et tribus mea me audite. Q: lex a me exiet: et iudiciū meum in luce populoꝝ requiescet. Prope est iustus me⁹/ egressus est saluator meus: et brachia mea ppł̄os iudicabunt. Me insule expectabūt: et brachiū meū sustinebunt. Leuate oculos vr̄os in celū: et videte sub terra deorsū. Q: celi sicut fum⁹ liq̄scēt/et terra sicut vestimētū attereꝛ: et habitatores ei⁹ sicut hec īteribūt. Sal⁹ autē mea in sempiternū erit: et iustitia mea non deficiet. Audite me qui scitis iustū: popul⁹ meus/ lex mea in corde eoꝝ. Nolite timere opprobriū hoim: et blasphemias eoꝝ ne metuatis. Sicut eīn vestimentū sic comedet eos vermis: et sicut lanā sic deuorabit eos tinea. Salus autem mea: in generationes generationū. ¶ Sequentia sancti euangelij Scdm Matheū.



iij. In illo tempore. Venit iohannes baptista: predicās ī deserto iudee ꝛ dicens. Penitētiā agite: appropinquabit enim regnum celorum. Hic est enim de quo dictum est per esaiam prophetam: dicentē. Vox clamantis in deserto/ parate viā domini: rectas facite semitas ei⁹. Ipse autem iohānes habebat vestimentum de pilis camelorum: et zonam pelliceam circa lumbos suos. Esca autē eius erat locusta: et mel siluestre. Tunc exibat ad eum hierosolyma/ et omnis iudea/ et omnis regio circa iordanem: ꝛ baptizabantur ab eo in iordane confitentes peccata sua. ¶ Si vero sexta feria nō vacauerit/ predicta epistola et euangeliū omnino pretermittantur. ꝛ hoc per totum aduentum/et a Domine ne in ira. vsq₃ ad quinquagesimam/ ꝛ ab oct. pasche vsq₃ ad primam dominicā ante ascensionem domini obseruetur. A Deus omnium. vero vsq₃ ad aduētum domini si quarta vel quinta feria non vacauerit: tunc in sexta feria legantur epistola et euangelium de quarta feria si vacauerit sinautem/ omnino p̄termittantur. Nunq̄ enim legantur epistola et euangelium/ de quarta feria in secūda feria/ vel in tertia feria: neq₃ epistola et euangelium de sexta feria in quinta feria. Nō eīn debet seruitium anticipari secundum vsum Sar. ¶ Dñica secūda aduētus. Ad missam. Officium.

Esaie xxx. G Opulus sion ecce dominus veniet ad saluãdas gentes: et auditã faciet dominus gloriam vocis sue in letitia cordis vestri. ps. Qui
Psal. lxxix. regis israel intende: qui deducis velut ouem ioseph. Repetatur officium. scilicet Populus sion. Gloria patri. Populus. Oratio.

Excita domine corda nr̃a ad preparandas vnigeniti tui vias: vt p eius aduentũ purificatis tibi mentibus seruire mereamur. Qui tecũ viuit et reg. Lctõ epl̃e beati pauli apl̃i: ad romanos
xv. C Fratres. Quecũq̃ scripta sunt: ad nostrã doctrinam scripta sunt. Ut p patientiã et cõsolationẽ scripturarum: spem habeamus. Deus autem patientie et solatij det vobis idipsum sapere i alterutrũ secũdum iesum xp̃m: vt vnanimes vno ore honorificetis deum et patrem dñi nostri iesu xp̃i Propter qd suscipite inuicẽ: sicut et xp̃s suscepit vos in honorẽ dei. Dico em̃ xp̃m iesũ ministrũ fuisse circuncisionis pp̃ter veritatẽ dei: ad cõfirmãdas pmissiões patrũ. Gentes autẽ super mia honorare deum: sicut scriptũ est. Propterea cõfitebor tibi in gẽtibus dñe: et noĩ tuo cantabo. Et iterũ dicit. Letamini gẽtes: cũ plebe eius. Et iterũ. Laudate oẽs gentes dñm: et magnificate eũ oẽs ppl̃i. Et rursum esaias ait. Erit radix iesse / et qui exurget regere gẽtes: in eũ gentes sperabũt. Deus autẽ spei repleat vos omni gaudio et pace in credẽdo: vt abũdetis in spe / et virtute sp̃ussc̃ti.
ps. xlix. Gr. Ex sion species decoris eius: deus noster manifeste veniet. V. Congregate illi sanctos eius: q̃ ordinauerũt testamentũ eius sup sacrificia. Alla. V. Uirtutes celi mouebunt: et tũc videbũt filium Luce. xxi.
hois venientẽ in nubibus celi cum potestate et maiestate magna. Sequentia.

Regnantẽ sempiterna per secla susceptura concio deuota cõcrepa. Diuino sono factori reddendo debita. Qui iubilãt agmina celica eius vultũ exhilarata Quem expectant oĩa terrea eius nutu examinanda. Districtũ ad iudicia. Clementem in potentia Tua nos salua xp̃e clementia: pter quos passus es dira. Ad poli astra subleua nitida: q̃ sorde tergis secula. Influat salus vera effugãs picula. Omnia vt sint mũda tribue pacifica. Ut hic tua salui mia. Leti regna post adeamus supera. Quo regnas secula perĩ finita. Euang. Secundũ lucam.



In illo tẽpore. Dixit iesus discipulis suis. Erũt signa in sole / et luna / et stellis: et in terris pssura gẽtium pre confusione sonitus maris et fluctuũ. Arescentibus hoibus pre timore et expectatiõe: que supuenient vniuerso orbi. Nã virtutes celorum mouebunt: et tunc videbũt filiũ hois venientẽ in nube / cũ potestate magna et maiestate. His aũt fieri incipiẽtibus: respicite et leuate capita vr̃a / qm̃ appropinquat redẽptio vr̃a. Et dixit illis similitudinẽ. Uidete ficulneã et oẽs arbores. Cum pducunt iã ex se fructũ: scitis qm̃ prope est estas. xxi. E

Ita et vos cū videritis hec fieri: scitote quoniā ꝓpe est regnū dei. Amē dico vobis: quia nō preteribit generatio hec donec oīa fiant. Celum et terra transibunt: verba autem mea nō transibunt. Offr.
ꝑ.lxxx iiii. Deus tu conuertens viuificabis nos: et plebs tua letabitur ī te. ostende nobis domine miām tuā: et salutare tuum da nobis. V. Benedixisti dñe terrā tuā/auertisti captiuitatem iacob: remisisti iniq̄tatē plebis tue. Vꝰ. Misericordia et veritas obuiauerūt sibi: veritas de terra orta est et iustitia de celo prospexit. Secreta.

Placare q̄s domine hūilitatis nostre p̄cibꝰ ⁊ hostijs: et vbi nulla suppetunt suffragia meritorū/tuis nobis succurre presidijs. Per dñm. Prefatio quotidiana. Cōio.
Baruch. iiii. G Hierusalem surge et sta in excelso/et vide iocunditatem que veniet tibi a deo tuo. Postcommunio.

Refecti cibo potuq; spūalis alimonie supplices te dñe deprecamur: vt huiꝰ participatione mysterij doceas nos terrena despicere: et amare celestia. Per dñm.

¶ Feria. iiij. hebdo. ij. aduentus. Epl'a. Lectio zacharie prophete.

viii. A Hec dicit dñs deꝰ exercituū. Reuersus sum ad siō: et habitabo in medio hierusalē. Et vocabitur hierusalē ciuitas veritatis: et mons dñi exercituū/mons scīficatꝰ. Hec dicit dñs deus exercituū. Adhuc habitabūt senes: et anus in plateis hierusalem: ⁊ viri baculus in manu eiꝰ pre multitudine dierū. Et platee ciuitatis cōplebuntur infantibꝰ: et puellis ludentibus in plateis eius. Hec dicit dñs exercituū. Si difficile videbitur ī oculis reliquiarū populi huius in diebus illis) dicit dñs exercituū) numq̄d in oculis meis difficile erit: dicit dñs exercituū. Ecce ego saluabo populū meum de terra orientis/et de terra occasus solis: et adducam eos et habitabūt in medio hierusalē. Et erūt michi in populū: et ego ero eis in deū in veritate et in iustitia. Dicit dñs: omnipotens. Secūdum matheū.



In illo tempore. Dixit iesus turbis xi. B
⁊ discipulis suis Amē dico vobis: inter natos mulierum non surrexit maior iohāne baptista Qui autem minor est in regno celorū: maior est illo. A diebus autem iohannis baptiste vsq; nunc regnū celorū vim patitur: et violēti rapiūt illud. Oēs enī prophete et lex: vsq; ad iohannē prophetauerūt. Et si vultis recipere: ipse est helias qui vēturus est. Qui habet aures audiendi/audiat. ¶ Feria sexta. Epistola. Lectio esaie prophete

Hec dicit dñs deꝰ. Sup mu- lxii. C
ros hierusalem cōstitui custodes: tota die et tota nocte ī perpetuū non tacebunt. Qui reminiscimini dñi ne taceatis: et ne detis silentium ei donec stabiliat/et donec ponat hierusalē laudē ī terra. Jurauit dominus in dextera sua: et in brachio fortitudinis sue. Si dedero triticū tuum vltra cibū inimicis tuis: et si biberint filij alienigene vinum tuū in quo laborasti. Qr q̄ cōgregabūt illud comedēt/et laudabūt dñm: et q̄ comportāt

illud bibēt in atrijs sanctis meis. Transite per portas / preparate viā populo / planum facite iter / et eligite lapides: et eleuate signum ad populos. Ecce dominus auditum fecit: in extremis terre. Dicite filie sion: ecce saluator tuus venit. Et ecce merces eius cum eo: et opus illius corā illo. Et vocabūt eos populus sanctus: redempti a dño. Tu autem vocaberis quesita ciuitas: et non derelicta. Euangelium. Secundum Johannem.

i. B In illo tpe. Johannes testimoniū perhibebat de dño: et clamabat dicens. Hic est quē dixi / qui post me venturus est: ante me factus est: quia prior me erat. Et de plenitudine eius nos omnes accepimus: et gratiam pro gratia. Quia lex per moysen data est: gratia et veritas per iesum xp̄m facta est. Deū nemo vidit vnq̄. Unigenitus filius qui est in sinu patris: ipse enarrauit. ¶ Dñica. iij. aduētus dñi. Ad missam. Officium.

Phil. iiii. A Gaudete in domino sēper: iterū dico gaudete: modestia vestra nota sit omnibus hominibus. dñs prope est / nichil solliciti sitis: sed in oi oratione petitiones vestre innotescant apud deum. Ps. Et pax dei q̄ exuperat omnem sensum: custodiat corda vestra et intelligentias vestras. Oro.

Aurem tuam quesum⁹ domine precibus nostris accommoda: et mentis nostre tenebras / gratiā tue visitationis illustra. Qui viuis. Ad corinthios.

i. iiii. A Fratres. Sic nos existimet homo vt ministros xp̄i: et dispēsatores ministerior̄ dei. Hic iam queritur inter dispensatores: vt fidelis quis inueniatur. Michi autem pro minimo est vt a vobis iudicer / aut ab humano die: sed neq̄ meipsum iudico. Nichil enim michi conscius sum: sed nō in hoc iustificatus sum. Qui autem iudicat me: dñs est. Itaq̄ nolite ante tempus iudicare: quoadusq̄ veniat dominus / qui et illuminabit abscondita tenebrarum / et manifestabit consilia cordium. Et tunc laus erit vnicuiq̄ a deo. Gr. Qui Psal. lxxix. sedes domine super cherubin excita potentiam tuā et veni. V. Qui regis israel intēde: qui deducis velut ouē ioseph. Alla. V. Excita dñe potentiam tuam et veni: vt saluos facias nos. Sequentia.

Qui regis sceptra forti dextra solus cuncta. Tu plebi tuam ostende magnam excitando potentiam. Presta illi dona salutaria. Quem predixerunt prophetica vaticinia. A clara poli regia. In nostra iesu veni domine arua. Secundum Matheum.



In illo tempore. Cum audisset iohannes i vinculis opera christi: mittēs duos de discipulis suis / ait illi. xi. A Tu es q̄ venturus es: an alium expectamus: Et respondens ies⁹: ait illis. Eūtes renūciate iohanni q̄ audistis et vidistis. Ceci vident: claudi ambulant: leprosi mūdantur. Surdi audiūt: mortui resurgūt pauperes euangelizantur. Et beatus est: qui non fuerit scandalizatus in me. Illis autē abeunti-

bus: cepit iesus dicere ad turbas de iohanne. Quid existis in desertũ videre? Arundinẽ vento agitatam? Sed quid existis videre? Hominẽ mollibus vestitũ? Ecce qui mollibus vestiũtur: in domib⁹ regũ sunt. Sed quid existis videre? Prophetam? Etiã dico vobis: et plusq̃ pphetam. Hic est eñ de quo scriptum est. Ecce ego mitto angelũ meũ ante faciẽ tuam: qui preparabit viam tuã ante te. Offr.

ps. lxxxiiij. Benedixisti dñe terrã tuam: auertisti captiuitatem iacob/remisisti iniquitatẽ plebis tue. V⁹. Operuisti oĩa peccata eorũ: mitigasti omnem iram tuam. V. Ostende nobis domine misericordiam tuam: et salutare tuum da nobis. Secreta.

Deuotionis nostre tibi dñe q̃sumus hostia iugiter immoletur: que et sacri peragat instituta mysterij/et salutare tuum nobis mirabiliter operetur. Per dominum. Prefatio quotidiana.

Esaie xxxv. B Cõio. Dicite pusillanimes confortamini et nolite timere: ecce deus noster veniet et saluabit nos. Postcommunio.

Imploramus domine clemẽtiã tuam: vt hec diuina subsidia a vitijs expiatos/ad festa ventura nos preparent. Per dominũ.

¶ Feria quarta quatuor temporum. Ad missam. Officium.

Esaie xlv. Rorate celi desuper et nubes pluant iustum: aperiatur terra et germinet saluatorem. ps. Et iusticia oriatur simul: ego dñs creaui eum. Sequat oro sine Dñs vobiscum. sed tantũ cum Oremus. Oratio.

Presta quesumus oĩpotens deus: vt redemptionis nostre ventura solennitas/et presentis nobis vite subsidia conferat: et eterne beatitudinis pmia largiatur. Per eundem dominũ nostrũ iesum christũ filiũ tuũ. Qui tecũ viuit et reg. Lectio esaie pphete.

In diebus illis. Dixit esaias propheta. Erit in nouissimis diebus preparatus mons domus dñi in vertice montium: et eleuabitur super colles. Et fluẽt ad eum oĩs gentes: et ibunt populi multi et dicent. Venite ascẽdam⁹ ad montem domini: et ad domum dei iacob. Et docebit nos vias suas: et ambulabimus ĩ semitis ei⁹: quia de sion exibit lex/et verbum domini de hierusalem. Et iudicabit gẽtes: et arguet populos multos. Et conflabunt gladios suos in vomeres: et lanceas suas in falces. Non leuabit gens contra gentem gladium: nec exercebuntur vltra ad prelium. Domus iacob venite et ambulemus: in lumine domini dei nostri. Gr. Tollite portas principes vestras: et eleuamini porte eternales/et introibit rex glorie. V⁹. Quis ascendet in montem domini: aut quis stabit in loco sancto eius? innocens manib⁹ et mundo corde. Hic non repetatur grad. sed statim sequatur Dominus vobiscum. et Oremus. Oro.

ij. A (marginal, beside "In diebus illis. Dixit esaias")

Psal. xxiij. (marginal, beside "Gr. Tollite portas")

Festina q̃sumus dñe ne tardaueris: et auxilium nobis superne virtutis impende: vt aduentus tui consolationibus subleuentur/qui in tua pietate confidunt. Qui viuis et regnas cũ deo patre. etc. Hic dicuntur memorie consuete. Lectio esaie prophete.

In diebus illis. Locutus est dñs ad achaz: dicens. Pete tibi signũ a dño deo tuo in profun- vii. B

dum inferni: siue in excelsum supra. Et dixit achaz. Non petam: et non tentabo dominū. Et dixit. Audite ergo domus dauid. Numquid parū vobis est molestos esse hominibus: quia molesti estis et deo meo. Propter hoc dabit dñs ipse vobis signū. Ecce virgo concipiet/ et pariet filium: et vocabitur nomen eius emanuel. Butyrum et mel comedet: vt sciat reprobare malum/ et eligere bonum.

Psal. cxliiii Grad. Prope est dñs oibus inuocantibus eū: oibus qui inuocant eū in veritate. V⁹. Laudem dñi loquetur os meū: et benedicat ois caro nomen sanctum eius. Repetatur gradale. ℂ Sequētia sancti euangelij secūdū Lucam.

i. C



In illo tēpore. Missus est angel⁹ gabriel a deo in ciuitatē galilee (cui nomē nazareth) ad virginem desponsatam viro/ cui nomē erat ioseph de domo dauid: et nomen virginis maria. Et ingressus angelus ad eā dixit. Aue gratia plena dominus tecum: benedicta tu in mulieribus. Que cum audisset turbata est in sermone eius: et cogitabat qualis esset ista salutatio Et ait angelus ei. Ne timeas maria: inuenisti enim gratiam apud deum. Ecce concipies in vtero et paries filiū: et vocabis nomen ei⁹ iesum. Hic erit magnus: et filius altissimi vocabitur. Et dabit illi dñs deus sedem dauid patris ei⁹: et regnabit in domo iacob in eternū/ et regni eius nō erit finis. Dixit autē maria ad angelum. Quomodo fiet istud: quoniam virū nō cognosco? Et respondens angelus dixit ei. Spiritussanctus superueniet in te: et virtus altissimi obumbrabit tibi. Ideoqȝ et qđ nascetur ex te sanctū: vocabitur filius dei. Et ecce elizabeth cognata tua: et ipsa cōcepit filiū in senectute sua. Et hic mensis est sext⁹ illi q̄ vocat sterilis: q2 non erit impossibile apud deū oē verbū. Dixit autem maria. Ecce ancilla dñi. Fiat michi: scđm verbum tuum. Offr. Aue maria gratia plena dñs tecum: benedicta tu in mulieribus/ et benedictus fructus ventris tui. V⁹. Ideoqȝ et quod nascetur ex te sanctū: vocabit filius dei. Luce i. C

Et dicitur cum suo versu. Secreta.

Salutari ieiunio competentes domine hostias immolamus: presta vt ad natiuitatem panis eterni his officijs preparemur. Per eūd. Prefatio quotid. Cōio. Ecce virgo cōcipiet et pariet filiū: et vocabitur nomen ei⁹ emanuel. Postcōio. Esaie vii.

Salutaris tui dñe munere satiati supplices deprecamur: vt cuius letamur gustu/ renouemur effectu. Per dñm. ℂ Feria vi. quatuor tēporum. Officium.

Prope esto domine/ et omnes vie tue veritas: initio cognoui de testimonijs tuis/ quia in eternū tu es. Ps. Beati immaculati in via: qui ambulant in lege domini. Oratio. Psal. cxviii.

Excita dñe potentiam tuā et veni: vt hi qui in tua pietate confidunt/ ab omni citius aduersitate liberentur. Qui viuis et regnas cum deo patre in vnitate. etc. Lectio Esaie prophete.

xi. A Hec dicit dñs deus. Egrediet(ur)
virga de radice iesse: et flos
de radice eius ascẽdet. Et requiescet
super eũ spũs dñi: spũs sapientie &
intellectus/ spũs cõsilij et fortitu-
dinis/ spũs sciẽtie et pietatis: & re-
plebit eũ spũs timoris dñi. Non se
cundũ visionẽ oculorũ iudicabit/
neq(ue) scdm auditũ aurium arguet:
sed iudicabit in iustitia paupes/ &
arguet i eq̃tate p mãsuetis terre.
Et pcutiet terrã virga oris sui: et
spũ labiorũ suorum iterficiet impiũ.
Et erit iustitia cingulũ lũborũ ei9:
et fides cinctoriũ renum eius. Gr.
p. lxxx iiii. Ostẽde nobis dñe miam tuam: et saluta
re tuũ da nobis. V. Bñdixisti domine ter
ram tuam: auertisti captiuitatẽ iacob.
Repetatur grad. Scdm Lucam.



i. D In illo tem
pore. Exur
gẽs maria/ abijt
in montana cũ fe
stinatione in ciui
tatem iuda: & in
trauit i domum
zacharie/ et salu
tauit elizabeth.
Et factũ est vt audiuit salutatio-
nem marie elizabeth: exultauit in
fans in vtero eius. Et repleta est
spiritu sancto elizabeth: et excla-
mauit voce magna & dixit. Bene-
dicta tu inter mulieres: et benedi-
ctus fructus ventris tui. Et vnde
hoc michi vt veniat mat(er) dñi mei
ad me? Ecce enim vt facta est vox
salutationis tue in aurib9 meis:
exultauit in gaudio infans in vte
ro meo. Et beata q̃ credidisti: quo
niã perficientur ea que dicta sunt
tibi a dño. Et ait maria. Magni-
ficat anima mea dñm. Et exulta-
uit spiritus meus: in deo salutari
meo. Offr. Deus tu conuersus viuifi- p. xxx iiii.
cabis nos: et plebs tua letabitur i te. ostẽ
de nobis domine miam tuam & salutare
tuum da nobis. V9. Bñdixisti dñe terrã
tuam: auertisti captiuitatem iacob: remi
sisti iniq̃tatẽ plebis tue. V. Mia & veritas
obuiauerunt sibi: veritas de terra orta est/
et iusticia de celo prospexit. Secreta.
Sacrificijs q̃s dñe salutari-
bus his diebus aptemur p
pensius: quibus illud est mysteri-
um celebrandũ/ cui seruit omnis
executio mandatorum. Per dñm.
Prefatio quotidiana. Cõio. Ecce
dñs veniet et omnes sancti eius cum eo:
et erit i die illa lux magna. Postcõio.
Perfice q̃s dñe miam tuam
populo supplicanti: quem
tuorũ refectũ largitate donorũ/ et
instãtius gratiam postulare ma-
iorem: et fiducialius sperare cõce-
das. Per dñm. ¶ Sabbato qua-
tuor tẽporũ. Ad missam. Officiũ.



Veni & ostende nobis fa- Psal. lxxix.
ciẽ tuam dñe q̃ sedes su-
per cherubin: et salui eri
mus. ps. Qui regis israel
intende: qui deducis velut ouem ioseph.
Oẽs orones sine Dñs vobiscum.
dñr p̃ter vltimã q̃ est ante ep̃lam.
sed tamẽ cũ Orem9. Et oẽs lectio
nes cũ suis titulis legant(ur). Orem9
Deus qui conspicis quia ex
nr̃a prauitate affligimur:
concede propitius vt ex tua visi-
tatione consolemur. Qui viuis &
regnas cum deo patre in vnitate
eiusdem. Lectio esaie prophete.
In diebus illis. Clamabant xix. D
ad dominũ a facie tribulan-
tes: et mittet eis saluatorem & pro
pugnatorem qui liberet eos. Et

cognoscetur dñs ab egypto: et cognoscēt egyptij dñm i die illa. Et colēt eū in hostijs et mūerib⁹: ꝛ vota vouebūt dño et soluent. Et percutiet dñs egyptum plaga: et sanabit eā. Et reuertentur ad dñm et placabit eis: et sanabit eos / dñs deus noster. Gr. A summo celo egressio eius: et occursus eius vsq ad summū eius. V⁹. Celi enarrant gloriam dei: et opera manuum eius annūciat firmamētū. Non repetatur gradale: sed dicatur statim Oremus. Oratio.

Psal. xviij.

Concede qs ops de⁹: vt qui sub peccati iugo ex vetusta seruitute deprimimur: expectata vnigeniti filij tui noua natiuitate liberemur. Qui tecum viuit et regn. Lectio esaie prophete.

xxxv. A.

Hec dicit dñs. Letabitur deserta ꝛ inuia: et exultabit solitudo / et florebit quasi liliū. Germinans germinabit: et exultabit letabunda et laudās. Gl'ia libani data est ei: decor carmeli et saron. Ipsi videbūt gloriā dñi: et decorē dei nostri. Confortate man⁹ dissolutas: et genua debilia roborate. Dicite pusillanimes: confortamini et nolite timere. Ecce deus noster vltionem adducet retributionis: de⁹ ipse veniet et saluabit nos Tunc aperientur oculi cecorū: et aures surdorū patebunt. Tunc saliet sicut ceruus claudus: et apta erit lingua mutorū. Qr scisse sunt in deserto aque: et torrētes in solitudine. Et que erat arida in stagnū: et sitiens in fontes aquarū. Ait dñs: omps. Gr. In sole posuit tabernaculū suum: et ipse tanq sponsus procedens de thalamo suo. V. A summo celo egressio eius: et occursus eius vsq ad summum eius. Oratio.

Psal. xviij.

Indignos nos qs̄umus dñe famulos tuos quos actionis ppie culpa cōtristat: vnigeniti filij tui aduentu letifica. Qui tecum viuit. Lectio esaie prophete.

Hec dicit dñs. Sup mōtem excelsum ascende tu q euangelizas sion: exalta in fortitudine vocem tuam / qui euāgelizas hierusalem. Exalta / noli timere: dic ciuitatibus iude. Ecce deus vester Ecce dñs deus in fortitudine veniet: et brachiū eius dñabit. Ecce merces eius cū eo: et opus illi⁹ corā illo. Sicut pastor gregem suū pascet: in brachio suo cōgregabit agnos. Et i sinu suo leuabit eos: dñs deus noster. Gr. Domine deus virtutum conuerte nos: ꝛ ostende faciem tuam et salui erimus. V. Excita dñe potentiam tuam et veni: vt saluos facias nos. Sequatur Orem⁹. Oratio. xl. B

Psal. lxxix.

Presta qs ops deus: vt filij tui vētura solemnitas ꝛ p̄sentis nobis vite remedia conferat / ꝛ premia eterna cōcedat. Per eundē dñm. Lectio esaie pphete.

Hec dicit dñs. Xpo meo cyro cuius apprehēdi dexteram / vt subijciā ante faciē eius gentes: et dorsa regum vertā. Et aperiā corā eo ianuas: et porte non claudentur. Ego ante te ibo: et gloriosos terre hūiliabo. Portas ereas conterā: et vectes ferreos confringam. Et dabo tibi thesauros absconditos / ꝛ arcana secretor reuelabo. Vt scias qr ego dñs q voco nomen tuū de⁹ israel: ppter seruū meū iacob / et israel electū meum. Et vocaui te nomine tuo: assimilaui te / ꝛ non cognouisti me. Ego xlv. A

dñs et non est amplius: extra me non est de⁹. Accinxi te et nõ cognouisti me: vt sciant hi qui ab ortu solis et qui ab occidente / qm̃ absq̃ me nõ est deus. Ego dñs: et nõ est alter. Formãs lucem et creans tenebras: faciens pacem et creans malum. Ego dñs: faciens omnia hec. Rorate celi desuper: et nubes pluant iustũ. Aperiatur terra / et germinet saluatorẽ: ⁊ iustitia oriatur simul. Ego dñs: creaui eum.

Psal. lxxix. Gr. Excita domine potentiam tuam et veni: vt saluos facias nos. ℣. Qui regis israel intende: qui deducis velut ouem ioseph. qui sedes super cherubin: appare coram effraim / beniamin / et manasse.

Sequitur Oremus. Oratio.

PReces ppl̃i tui q̃s domĩe clementer exaudi: vt qui iuste pro peccatis nr̃is affligimur / pietatis tue visitatione consolemur. Qui viuis et regnas cũ deo patre in vni. ⁊c. Lctõ danielis pphete.

iii. C ANgelus dñi descẽdit cum azaria et socijs eius in fornacẽ: et excussit flammã ignis de fornace / et fecit medium fornacis quasi vẽtum roris flantẽ. Flãma aũt diffusa est super fornacẽ cubitis quadraginta nouẽ: et incendit quos repit iuxta fornacẽ de chaldeis ministros regis / q̃ eã incẽdebant. Illos autẽ oĩno non tetigit ignis / neq̃ cõtristauit: nec quicq̃ molestie intulit. Tũc hi tres quasi ex vno ore: laudabant et glorificabant ⁊ bñdicebant deũ in fornace dicẽtes. Duo clerici de secunda forma in superpellicijs ad gradũ chori cantent tractũ sequentem.

Dan. iij. BEnedictus es dñe de⁹ patrũ nostrorum. ℣. Et laudabilis et gloriosus in secula. Chorus idem repetat. Clerici versus. Et benedictum nomẽ glorie tue quod est sanctum Chorus dicat. Et laudabile ⁊ gloriosum i secula. Clerici. versus. Benedictus es in templo sancto glorie tue. Chorus. Et laudabilis ⁊ gloriosus in secula. Clerici. ℣⁹. Benedictus es super thronum sanctum regni tui. Chorus. Et laudabilis et gloriosus in secula. Clerici. ℣. Benedictus es super sceptrum regni diuinitatis tue. Chorus. Et laudabilis et gloriosus in secula. Clerici. versus. Benedictus es qui sedes super cherubin intuens abyssos. Chorus. Et laudabilis et gloriosus in secula. Clerici. ℣⁹. Benedict⁹ es qui ambulas super pẽnas ventorum. Chor⁹. Et laudabilis et gloriosus in secula. Clerici. ℣. Benedicãt te omnes angeli et sancti tui. Chorus. Et laudẽt te ⁊ glorificent in secula. Clerici. ℣. Bñdicãt te celi terra mare et oĩa que in eis sunt. Chorus. Et laudent te et glorificent in secula. Clerici. ℣. Gloria pr̃i et filio et spũi sancto. Chor⁹. Et laus ⁊ honor / potestas et imperiũ. Clerici. ℣⁹. Sicut erat in principio et nũc et semper: et in secula seculorum Amen. Chorus. Et laus ⁊ honor / potestas et imperiũ. Deinde clerici reincipiãt primũ versum tract⁹. et percãtet a choro. et postea dicat sacerdos Dñs vobiscũ. et Oremus. Orõ.

DEus q̃ tribus pueris mitigasti flãmas igniũ: concede ppitius vt nos famulos tuos non exurat flamma vitiorũ. Per dñm. Hic dicunt memorie consuete. ¶ Lectio epistole beati pauli apostoli: ad Thessalonicenses.

FRatres. Rogamus vos p aduẽtum dñi nr̃i iesu xp̃i / ii. ij. A et nostre congregatiõis in ipsum:

vt non cito moueamini a vr̄o sensu/ neq̄ terreamini Neq̄ per spm̄/ neq̄ p sermonē/ neq̄ per epistolā tanq̄ p nos missam: quasi instet dies dn̄i. Ne q̄s vos seducat vllo modo. Qm̄ nisi venerit discessio primū/ et reuelatus fuerit homo peccati filius perditionis: q̄ aduersatur et extollitur sup oē qd̄ dicit deus/ aut qd̄ colitur: ita vt in templo dei sedeat: ostēdens se tanq̄ sit deus. Non retinetis qm̄ cū adhuc essem apud vos/ hec dicebam vobis? Et nunc quid detineat scitis: vt reuelet in suo tēpore. Nam mysteriū iam operat iniquitatis tantum: vt qui tenet nunc teneat: donec de medio fiat. Et tunc reuelabitur ille iniqu9/ quem dominus iesus iterficiet spiritu oris sui: et destruet illustratione aduent9 sui. Duo clerici de scda forma in capis nigris: hoc est in habitu quotid. ad gradum chori simul dicāt totum et integrū istum tractum.

Psal. lxxix. Qui regis israel intende: qui deducis velut ouem ioseph. V. Qui sedes super cherubi/ appare corā effraim beniamin et manasse. V. Excita domine potentiam tuam: et veni: vt saluos facias nos. Secundum Lucam.

iii. A Anno quintodecimo imperij tyberij cesaris: procurante pontio pilato iudeā/ tetrarcha autem galilee herode/ philippo autē fratre eius tetrarcha iturree & traconitidis regionis/ et lysania abyline tetrarcha: sub principibus sacerdotum anna et caipha: factū est verbū dn̄i super iohannem zacharie filiū in deserto. Et venit in omnē regionē iordanis predicās baptismū penitētie. in remissionē peccatorū: sicut scriptum est in libro sermonum esaie prophete. Vox clamātis in deserto: parate viā dn̄i/ rectas facite semitas eius. Ois vallis implebit: et ois mons et collis humiliabit. Et erūt praua in directa: et aspera in vias planas. Et videbit ois caro salutare dei. Offr. Exulta satis filia sion predica filia hierusalem: ecce rex tuus venit sanctus & saluator. V. Loquet pacem gētibus et potestas eius a mari vsq̄ ad mare/ et a flumine vsq̄ ad terminos orbis terre. Secreta. zacha. ix. C.

Super has hostias fideliū dn̄e q̄s ppitio vultu respice: et q2 n̄ris meritis nō valemus: his potius muneribus tuo occurrsui cōmendemur. Qui viuis & re. Prefatio quotidiana. Cōio. Exultauit vt gygas ad currendam viam: a summo celo egressio eius/ et occursus eius vsq̄ ad summum eius. Postcōio. Psal. xviij.

Quesumus dn̄e deus noster: vt sacrosācta misteria que pro reparationis nostre munimine cōtulisti: et presens nobis remedium esse facias & futurū. Per do.

¶ In quacunq̄ feria dies natiuitatis dn̄i contigerit: semp ieiunia quatuor temporū in tertia hebdomada aduentus dn̄i celebrentur.

¶ Dominica quarta aduent9 domini. Ad missam. Officium.

Memento nostri domine in bn̄placito ppl̄i tui: visita nos in salutari tuo/ ad viuendum in bonitate electorum tuorum in letitia gētis tue: vt lauderis cum hereditate tua. Ps. Peccauimus cum patribus nostris: iniuste egimus iniquitatem fecimus. Kyrie eleison. Oratio. P. cv.

Excita q̄s dñe potētiam tuā et veni/ & magna nobis virtute succure: vt per auxilium gratie tue quod nostra peccata p̄pediūt: indulgentia tue propitiationis acceleret. Qui vi. Lectio ep̄le beati pauli ap̄li ad philippenses.

iiij. A Fratres. Gaudete in dño semper: iterum dico gaudete. Modestia vestra: nota sit oib⁹ hominib⁹. Dñs prope est. Nichil soliciti sitis: sed in omni oratione et obsecratione cū gratiarū actione / petitiones vestre innotescant apud deum. Et pax dei que exuperat oēm sensum: custodiat corda vestra / et intelligentias vestras. In christo iesu / dño nostro. Gr.

Psal. Prope est dñs oibus inuocantibus eū:

cxliiij. oibus qui inuocant eum in veritate. V. Laudem dñi loquetur os meū: et benedicat omnis caro nomen sanctum eius: Alla. V. Veni dñe et noli tardare: relaxa facinora plebis tue. Sequētia.

Iubilemus oēs vna. Deo nostro: q̄ creauit oīa. Per quem cuncta condita sunt secula. Celo que plurima luce corusca/ et diuersa sunt sydera. Sol mundi schema/noctiū dec⁹ luna/ceteraq̧ splendentia. Mare solū/alta plana: ac profunda flumina. Aeris ampla spacia / q̄ discurrunt aues: vēti atq̧ pluuia. Hec simul cūcta: tibi deo soli patri militant. Nunc & in euū sine fine per secla: laus eorū tua gloria. Qui pro salute nostra prolem vnicam. Pati in terram misisti sine culpa: sed ob nostra delicta. Te trinitas precamur: vt corpora nostra et corda. Regas et protegas: & dones peccatorū veniā. Secundū iohannē.



In illo tp̄e Miserunt iudei ab hierosolymis sacerdotes et leuitas ad iohannē: vt interrogarēt eum Tu quis es? Et confessus est: et nō negauit. Et ꝯfessus est: q̄ non sum ego xp̄s. Et interrogauerūt eū. Quid ergo? Helias es tu? Et dixit. Non sum. Propheta es tu? Et respōdit. Non. Dixerūt ergo ei. Quis es/ vt responsum demus his q̄ miserūt nos? Quid dicis de teipso? Ait. Ego vox clamātis in deserto / dirigite viā dñi: sicut dicit esaias ꝓpheta. Et q̄ missi fuerāt: erāt ex phariseis. Et interrogauerūt eū: & dixerūt ei. Quid ergo baptizas si tu non es xp̄s/ neq̧ helias: neq̧ propheta? R̄ndit eis iohānes: dicens. Ego baptizo in aqua: medius autē vestrū stetit/ quē vos nescitis. Ip̄e est q̄ post me vētur⁹ est/ q̄ añ me factus est/ cui⁹ ego nō sum dign⁹ vt soluā ei⁹ corrigiā calciamēti. Hec in bethania facta sunt trans iordanē: vbi erat iohannes baptizans. Offr. Confortamini et nolite timere: ecce eīm deus noster retribuet iudicium: ipse veniet et saluos nos faciet. V⁹. Tunc aperientur oculi cecorum / et aures surdorū audiēt. tunc ascendet claudus quasi ceruus / et clara erit lingua mutorum. Secreta.

i. A

Esaie xxxv. B

Sacrificijs p̄sentib⁹ q̄s dñe placat⁹ intende: q̄b⁹ ad filij tui natiuitatē suscipiendā purificemur. Per. Prefa. quotid. Cōio. Ecce virgo cōcipiet & pariet filiū/ & vocabitur nomen eius emanuel. Postcōio.

Esaie vij. C

Populũ tuũ q̃s dñe donoꝝ tuoꝝ largitate prosequere: vt a malis oib⁹ sacramentoꝝ tuorũ virtute protectus: ad ineffabile mysteriũ celebrãdum ꝯ mẽte preparet/et corpore. Per. d. ¶ Feria quarta. Lectio Johelis pphete.

i. F Hec dicit dñs de⁹. Exultate filie sion: et letamini in dño deo vr̃o q2 dedit vobis doctorẽ iustitie: et descẽdere faciet ad vos imbrem matutinũ et serotinũ sicut i pricipio. Et iplebunt̃ aree frumẽto: et redũdabunt torcularia vino

iii. D et oleo. Et scietꝭ q2 ego dñs de⁹ vester/hitãs in sion i mõte sctõ meo. Et erit hierl̃m sãcta: ꝯ alieni non trãsibũt per eã ãpli⁹. Et erit i die illa: stillabunt mõtes dulcedinẽ/ꝯ colles fluẽt lacte/et p oẽs riuos iuda ibunt aq̃/et fons de domo dñi egrediẽt/et irrigabit torrentẽ spinarũ. Egypt⁹ in desolationẽ erit et idumea in desertũ pditionis: p eo q2 iniq̃ egerunt in filios iude/et effuderũt sãguinẽ inocẽtẽ in terra sua. Et iudea i eternũ habitabit̃: ꝯ hierl̃m in gñatione ꝯ gñationẽ. Et mũdabo sanguinẽ eoꝝ quẽ nõ mũdauerã: ꝯ dñs ꝯmorabit̃ i sion. Ascdo: ꝯ vsq3 in schm. Scdm lucã.

vij. C In illo tpe Exijt sermo in vniuersã iudeam de iesu: ꝯ oẽm circa regionẽ. Et nũciauerũt iohãni discipuli ei⁹: de oib⁹ his. Et cõuocauit duos de discipulis suis iohannes: ꝯ misit ad iesum dicẽs. Tu es q̃ ventur⁹ es: an aliũ expectam⁹?



Cũ autẽ venissent ad eũ viri: dixerũt. Johãnes baptista misit nos ad te: dicens. Tu es q̃ vẽturus es: an aliũ expectamus? In ipsa aũt hora curauit multos a lãguorib⁹ suis/et plagis ꝯ spiritibus malis: ꝯ cecis multis donauit visum. Et respondẽs dixit illis. Eũtes renũciate iohãni q̃ vidistis et audistis. Q2 ceci vidẽt/claudi ambulãt: leprosi mũdãt̃. Surdi audiũt/mortui resurgũt: paupes euãgelizantur. Et btũs est q̃ non fuerit scandalizat⁹ in me. Et cũ discessissent nuncij iohãnis: cepit dicere de iohanne ad turbas. Quid existis in desertũ videre? Arũdinẽ vẽto agitatã? Sꝫ q̃d existis videre? Hoiem mollibus vestimẽtis indutũ? Ecce qui in veste p̃ciosa sunt et in delicijs: in domibus regũ sunt. Sed quid existis videre? Prophetam? Utiq3 dico vobis: et plusq̃ pphetã. Hic est de quo scriptũ est. Ecce ego mitto angelum meũ ante faciẽ tuã: q̃ preparabit viã tuã ante te. Dico eñ vobis: maior iter natos mulierũ ppheta iohanne baptista nemo est. Qui autẽ minor est in regno celoꝝ: maior est illo. ¶ Fer. vi. Lctõ zacharie pphete.

Hec dicit dñs. Lauda et letare filia sion: quia ecce ego venio et habitabo i medio tui ait domin⁹. Et applicabunt̃ gẽtes multe ad dñm i die illa: ꝯ erũt michi in pplm. Et habitabo i medio tui: et scies q2 dñs exercituum misit me ad te. Et possidebit dñs iudã ptẽ suã in terra sãctificata: ꝯ eliget adhuc hierl̃ꝫ. Sileat ois caro a facie ei⁹: q2 cõsurrexit de hitaculo sãcto suo. Dicit dñs omps. S. marcũ. ii. D

Excita q̃s dñe potẽtiam tuã et veni / et magna nobis virtute succurre: vt per auxilium gratie tue quod nostra peccata prepediũt: indulgentia tue propitiationis acceleret. Qui vi. Lectio ep̃le beati pauli ap̃li ad philippenses.

iiij. A Fratres. Gaudete in dño semper: iterum dico gaudete. Modestia vestra: nota sit oĩb9 hominib9. Dñs prope est. Nichil soliciti sitis: sed in omni oratione et obsecratione cũ gratiarũ actione / petitiones vestre innotescant apud deum. Et pax dei que exuperat oẽm sensum: custodiat corda vestra / et intelligentias vestras. In christo iesu / dño nostro. Gr.

Psal. cxliiij. Prope est dñs oĩbus inuocantibus eũ: oĩbus qui inuocant eum in veritate. V. Laudem dñi loquetur os meũ: et benedicat omnis caro nomen sanctum eius: Alla. V. Ueni dñe et noli tardare: relaxa facinora plebis tue. Sequẽtia.

Iubilemus oẽs vna. Deo nostro: q̃ creauit oĩa. Per quem cuncta condita sunt secula. Celo que plurima luce corusca / et diuersa sunt sydera. Sol mundi schema / noctiũ dec9 luna / ceteraq̃ splendentia. Mare solũ / alta plana: ac profunda flumina. Aeris ãpla spacia / q̃ discurrunt aues: vẽti atq̃ pluuia. Hec simul cũcta: tibi deo soli patri militant. Nunc et in euũ sine fine per secla: laus eorũ tua gloria. Qui pro salute nostra prolem vnicam. Pati in terram misisti sine culpa: sed ob nostra delicta. Te trinitas precamur: vt corpora nostra et corda. Regas et protegas: et dones peccatorũ veniã. Secundũ iohannẽ.



Illo tp̃e j. A Miserunt iudei ab hierosolymis sacerdotes et leuitas ad iohannẽ: vt interrogarẽt eum Tu quis es? Et confessus est: et nõ negauit. Et cõfessus est: q2 non sum ego xp̃s. Et interrogauerũt eũ. Quid ergo? Helias es tu? Et dixit. Non sum. Propheta es tu? Et respõdit. Non. Dixerũt ergo ei. Quis es / vt responsum demus his q̃ miserũt nos? Quid dicis de teipso? Ait. Ego vox clamãtis in deserto / dirigite viã dñi: sicut dixit esaias pp̃heta. Et q̃ missi fuerãt: erãt ex phariseis. Et interrogauerũt eũ: et dixerũt ei. Quid ergo baptizas si tu non es xp̃s / neq̃ helias: neq̃ propheta? Rñdit eis iohãnes: dicens. Ego baptizo in aqua: medius autẽ vestrũ stetit / quẽ vos nescitis. Ipse est q̃ post me vẽtur9 est / q̃ añ me factus est / cui9 ego nõ sum dign9 vt soluã ei9 corrigiã calciamẽti. Hec in bethania facta sunt trans iordanẽ: vbi erat iohannes baptizans. Offr. Confortamini et nolite timere: ecce eñi deus noster retribuet iudicium: ipse veniet et saluos nos faciet. V9. Tunc aperientur oculi cecorum / et aures surdorũ audiẽt. tunc ascendet claudus quasi ceruus / et clara erit lingua mutorum. Secreta. Esaie xxxv. B

Sacrificijs p̃sentib9 q̃s dñe placat9 intende: qb9 ad filij tui natiuitatẽ suscipiendã purificemur. Per. Prefa. quotid. Cõio. Ecce virgo cõcipiet et pariet filiũ / et vocabitur nomen eius emanuel. Postcõio. Esaie vij. C

Populũ tuũ q̃s dñe donorũ tuorꝫ largitate prosequere: vt a malis oib⁹ sacramentorꝫ tuorũ virtute protectus: ad ineffabile mysteriũ celebrãdum ꝯ mẽte prepareř/et corpore. Per. d. ¶ Feria quarta. Lectio Johelis pphete.

i.F Hec dicit dñs de⁹. Exultate filie sion: et letamini in dño deo vr̃o qꝛ dedit vobis doctorẽ iustitie: et descẽdere faciet ad vos imbrem matutinũ et serotinũ sicut i pricipio. Et iplebunř aree frumẽto: et redũdabunt torcularia vino
iii.D et oleo. Et scietꝫ qꝛ ego dñs de⁹ vester/ hitãs in sion i mõte scõ meo. Et erit hierl̃m sãcta: ꝯ alieni non trãsibũt per eã ãpli⁹. Et erit i die illa: stillabunt mõtes dulcedinẽ/ ꝯ colles fluẽt lacte/ et poẽs riuos iuda ibunt aq̃/ et fons de domo dñi egrediet/ et irrigabit torrentẽ spinarũ. Egypt⁹ in desolationẽ erit et idumea in desertũ pditionis: p eo q̃ iniq̃ egerunt in filios iude/ et effuderũt sãguinẽ inocẽtẽ in terra sua. Et iudea i eternũ habitabiř: ꝯ hierl̃m in gñatione ꝯ gñationẽ. Et mũdabo sanguinẽ eorꝫ quẽ nõ mũdauerã: ꝯ dñs ꝯmorabit i sion. A scl̃o: ꝯ vsq; in scl̃m. Scd̃m lucã.

vij.C 

In illo tpe Exijt sermo in vniuersã iudeam de iesu: ꝯ oẽm circa regionẽ. Et nũciauerũt iohãni discipuli ei⁹: de oib⁹ his. Et cõuocauit duos de discipulis suis iohannes: ꝯ misit ad iesum dicẽs. Tu es q̃ ventur⁹ es: an aliũ expectam⁹? Cũ autẽ venissent ad eũ viri: dixerũt. Johãnes baptista misit nos ad te: dicens. Tu es q̃ vẽturus es: an aliũ expectamus? In ipsa aũt hora curauit multos a lãguorib⁹ suis/ et plagis ꝯ spiritibus malis: ꝯ cecis multis donauit visum. Et respondẽs dixit illis. Eũtes renũciate iohãni q̃ vidistis et audistis. Qꝛ ceci vidẽt/ claudi ambulãt: leprosi mũdãř. Surdi audiũt/ mortui resurgũt: paupes euãgelizantur. Et btũs est q̃ non fuerit scandalizat⁹ in me. Et cũ discessissent nuncij iohãnis: cepit dicere de iohanne ad turbas. Quid existis in desertũ videre? Arũdinẽ vẽto agitatã? Sꝫ qd̃ existis videre? Hoiem mollibus vestimẽtis indutũ? Ecce qui in veste p̃ciosa sunt et in delicijs: in domibus regũ sunt. Sed quid existis videre? Prophetam? Utiq; dico vobis: et plusq̃ pphetã. Hic est de quo scriptũ est. Ecce ego mitto angelum meũ ante faciẽ tuã: q̃ preparabit viã tuã ante te. Dico eñi vobis: maior iter natos mulierũ ppheta iohanne baptista nemo est. Qui autẽ minor est in regno celorũ: maior est illo. ¶ Fer. vi. Lctõ zacharie pphete.

Hec dicit dñs. Lauda et letare filia sion: quia ecce ego venio et habitabo i medio tui ait domin⁹. Et applicabunř gẽtes multe ad dñm i die illa: ꝯ erũt michi in ppl̃m. Et habitabo i medio tui: et scies qꝛ dñs exercituum misit me ad te. Et possidebit dñs iudã ptẽ suã in terra sãctificata: ꝯ eliget adhuc hierl̃z. Sileat ois caro a facie ei⁹: qꝛ cõsurrexit de hitaculo sãcto suo. Dicit dñs omps. S. marcũ. ii.D

viii. B 
IN illo tẽpore. Dixit iesus discipulis suis. Uidete et cauete a fermẽto phariseorum: et fermento herodis. Et cogitabãt ad alterutrũ dicentes: quia panes non habemus. Quo agnito: ait illis iesus. Quid cogitatis qz panes nõ habetis? Nõdum cognoscitis: nec intelligitis. Adhuc cecatum habetis cor vestrũ. Oculos habentes nõ videtis: et aures habẽtes nõ auditis. Nec recordamini qñ qnqz panes fregi in qnqz milia: et quot cophinos fragmentorũ plenos sustulistis. Dicunt ei. Duodecim. Quãdo et septem panes in quatuor milia hominum: quot sportas fragmentorum tulistis. Et dicunt ei. Septẽ. Et dicebat eis. Quomõ nondũ intelligitis? Et veniunt bethsaidã/et adducũt ei cecũ: et rogabant eum vt illum tangeret. Et apprehẽsa manu ceci/eduxit eũ extra vicum: et expuens in oculos eius: impositis manib⁹ suis interrogauit eũ si qd videret. Et aspiciens ait. Uideo hoies velut arbores ambulãtes. Deinde iterũ imposuit man⁹ sup oculos ei⁹: et cepit videre. Et restitutus est ita vt clare videret oia: et misit illum in domũ suã dicens. Uade in domũ tuã: et si in vicum introieris: nemini dixeris.

¶ In vigilia natiui. dñi. Offm.


HOdie scietis qz veniet dominus et saluabit vos/et mane videbitis gloriam eius. ps. Domini est terra et
Psal. xxiij. plenitudo eius: orbis terrarum et vniuersi qui habitant in eo. Si hec vigil. in dñica eueñ. dicit cãtus sup Kyrie. Sãct⁹. et Agn⁹. sicut i fes. simpl. ix. lec. sin aute/dz cantus fer. Oro.

DEus q nos redẽptionis nostre annua expectatione letificas: presta vt vnigenitũ tuum quẽ redẽptorẽ leti suscipimus: venientem quoqz iudicẽ securi videamus/dñm nostrum iesum xpm filiũ tuũ. Qui te. Nulla fiet memo. Unus puer accolit⁹ legat lect. alba indut⁹ ad gradũ chori. tñ si do. fuerit/legat in pulpito/et semper cũ suo titulo. Lctõ esaie pphete.

lxii. a HEc dicit dñs deus. Propter sion nõ tacebo et ppt hierlm non qescã donec egrediat vt splendor iust⁹ ei⁹/et saluator ei⁹ vt lampas accẽdat. Et videbũt gẽtes iustũ tuũ: et cũcti reges inclytũ tuũ. Et vocabit tibi nomẽ nouum: qd os dñi nominauit. Et eris corona glorie i manu dñi: et diadema regni i manu dei tui. Nõ vocaberis vltra derelicta: et terra tua nõ vocabit ampli⁹ desolata. Sed vocaberis volũtas mea in ea: et terra tua inhabitabit: qz cõplacuit dño i te. Deide absqz iteruallo legat epla. Lctõ eple bti pauli apli ad rom.

i. a FRatres. Paul⁹ seruus iesu xpi vocat⁹ apls segregat⁹ in euangeliũ dei qd ante pmiserat p pphetas suos i scripturis sctis de filio suo q fact⁹ est ei ex semine dauid scdm carnẽ: q pdestinat⁹ est fili⁹ dei in virtute scdm spm sctificatiõis ex resurrectione mortuor iesu xpi dñi nri: p quẽ accepimus gratiã et apostolatum ad obediendũ fidei in oib⁹ gẽtib⁹ p noie eius.

In qbus estis et vos vocati: iesu xpi dñi nr̃i. Gr. Hodie scietis quia ve niet dñs et saluabit nos: & mane videbitis gloriã ei⁹. V. Qui regis israel intende: qui deducis velut ouem ioseph: qui sedes super cherubin appare corã effraim/ beniamin et manasse. Si hec vigilia in dñica euenerit. missa de dñica in capl'o dr. et tũc fiat mẽo. de sancta maria: et de oib⁹ sãctis tm̃. Missa vero de vigil. ad autenticũ altare sine aliqua mẽo. cũ hoc Alleluia. V. Crastina die delebitur iniqtas terre: et regnabit super nos saluator mundi. Sequentia. Jubilemus. Si vero dñica nõ fuerit: tũc ꝫ ira. et sequen. pretermittant. Scdm Matheũ.

Psal. lxxix.

i. C

IN illo tp̃e. Cũ esset desponsata mr̃ iesu maria ioseph: anteq̃ conuenirent inuenta est in vtero habẽs de spũ sãcto. Joseph autẽ vir ei⁹ cũ esset iust⁹/ et nollet eam traducere: voluit occulte dimittere eã. Hec autẽ eo cogitante: ecce angelus dñi in somnis apparuit ei dicẽs. Joseph fili dauid: noli timere accipere mariam coniugem tuã. Qđ eñ in ea natum est: de spũ sctõ est. Pariet autẽ filium: et vocabis nomẽ eius iesum. Ip̃e eñ saluum faciet populum suum: a peccatis eorum. Offr. Tollite portas principes vestras: et eleuamini porte eternales. V. Dñi est terra et plenitudo eius: orbis terrarum & vniuersi qui habitant in eo. Iste V. si dñica. fuerit/ eo anno pretermittat. Secreta.

Psal. xxiii.

DA nobis q̃s oꝑs deus: vt sicut ad adorãda filij tui natalicia p̃uenim⁹: sic eius munera capiamus sempiterna gaudẽtes. Per eũd. Prefatio quotid. Cõio. Reuelabit gloria dñi: et videbit omnis caro salutare dei nostri. Postcõio.

Esaie xl. B

DA nobis q̃sumus dñe vnigeniti filij tui recensita natiuitate respirare: cui⁹ celesti mysterio pascimur et potamur. Per eundem. In nocte natiui. dñi post none lec. cantet hoc euangeliũ in pulpito a diacono. Initiũ sancti euangelij/ secũdum Matheũ.

LIber gñationis iesu christi filij dauid / filij abrahã. i. A
Abraham genuit isaac. Isaac autem: genuit iacob. Jacob autem genuit iudam/ et fratres eius. Judas autem: genuit phares & zarã de thamar. Phares autẽ: genuit esrom. Esrom autem: genuit arã Aram autem: genuit aminadab. Aminadab autem: genuit naasõ. Naason aũt: genuit salmon. Salmon autem: genuit booz de raab. Booz autẽ: genuit obeth ex ruth. Obeth autem: genuit iesse. Jesse autem: genuit dauid regem. Dauid autem rex: genuit salomonẽ ex ea que fuit vrie. Salomon aũt: genuit roboam. Roboam autẽ: genuit abiam. Abia autem: genuit asa. Asa autem genuit iosaphat. Josaphat autẽ: genuit iorã Jorã autẽ: genuit oziam. Ozias autem: genuit ioathã. Joathan autẽ: genuit achaz. Achaz autem genuit ezechiã. Ezechias autem genuit manassem. Manasses autem: genuit amon. Amon aũt: genuit iosiam. Josias aũt: genuit iechoniã & fratres eius: in transmigratione babylonis. Et post trãsmigrationẽ babylõis: iechonias genuit salathiel. Salathiel autẽ: genuit zorobabel. zorobabel aũt: genuit abiud. Abiud autẽ: genuit

eliachim. Eliachim autē: genuit azor. Azor autem: genuit sadoch. Sadoch autem: genuit achim. Achim autē: genuit eliud. Eliud autē: genuit eleazar. Eleazar autē: genuit mathan. Mathan autē: genuit iacob. Jacob autē: genuit ioseph virū marie. De qua natus est iesus q̄ vocat̄ xp̄s. Finito euangelio: sacerd. icipiat p̄m. Te deū. quo dicto rectores chori incipiant ml. ¶ Ad missam in galli cantu.

ps. ii. Dominus dixit ad me filius meus es tu: ego hodie genui te. ℣. Quare fremuerunt gētes: et populi meditati sunt inania. Kyrie. cū suis. ℣. sequatur Gloria in excel. more duplicis festi. Sciendū est q̄ semp ad missam d̄r. Glia in excel. quotiēs ad matuti. d̄r. Te deū. nisi missa Salus populi. vel missa de cruce/ vel missa dn̄icalis in aliquo festo triū lec. vel īfra. oct. sine regi. chori cantāda fuerit. Qn̄ vo aliqua missa de vigi. vel de fes. triū lec. in cap̄. die do. d̄r. tūc etiā d̄r cant⁹ sup Kyrie. Glia ī excel. qn̄ d̄r Sanct⁹ ꝛ Agnus dei. ꝛ Ite missa est. sicut in festo triū lec. Similiter fiat qn̄ d̄r missa dn̄icalis in cap̄lo die dn̄ica: tunc etiā dicetur. Credo. Or̄o.

Deus q̄ hāc sacratissimā noctē veri luis fecisti illustratiōe clarescere: da q̄s vt cui⁹ lucis mysteria in terra cognouim⁹/ ei⁹ quoq̄ gaudijs in celo p̄fruamur. Qui te. Duo clerici de sc̄da for. in cappis sericis ī pulpi. sil. cātēt lec.

Laudes deo dicā per secula qui me plasmauit in manu dextera: atq̄ redemit cruce purpurea sanguine nati. Hic cātētur alternatim. Lectio esaie prophete. In qua xp̄i lucida vaticinat̄ natiuitas. Hec dicit dn̄s. Pater filius factus sp̄us in quo sunt oia cōdita supna atq̄ ima. Popul⁹ gentium qui ambulabat in tenebris. Que creasti: quem fraude subdola hostis expulit paradiso: ꝛ captiuatum secum traxit ad tartara. Vidit lucē magnā. Fulserunt et immania nocte media pastorib⁹ lumina. Habitātib⁹ in regiōe vmbre mortis: lux. Sempiterna ꝛ redemptio vere noua. Orta est eis. O stupenda natiuitas. Paruul⁹ eim natus est nobis. Magnus hic erit iesus filius dei. Et filius. Patris summi. Dat⁹ est nobis. Ab arce summa predictū sic erat. Et factus est principat⁹ sup humerū ei⁹. Ut celos regat atq̄ arua. Et vocabitur nomē eius. Messias/ sother/ emanuel/ sabaoth/ adonai. Admirabilis. Radix dauid. Cōsiliari⁹. Dei p̄ris De⁹. Qui creauit omnia. Fortis. Baratri claustra perimēs teterrima. Pat futuri scl̄i. Rex omn̄s ꝛ cūcta regens. Princeps pacis. Hic est in euū. Multiplicabit̄ eius imperiū. In hierl̄m iudea siue samaria. Et pacis non erit finis. Per secula sempiterna. Super soliū dauid et super regnū eius sedebit. Et regni meta sui non erit aliqua. Ut cōfirmet illud. In fidei pignore. Et corroboret ī iudicio ꝛ iustitia. Iudex cum venerit iudicare seculū. Amodo. Illi debet̄ glia laus et iubilatio. Et vsq̄ in sempiternum. Hic cantent simul vsq̄ ad finē. Ab ortu solis vsq̄ ad occiduos fines mūdi orbis p̄ climata/ laus

creatori resonet congrua. Amen dicant omnia. Ubi non habet iste cantus/legat Lectõ esaie pphete.

ix.A Hec dicit dñs. Populus gẽtiũ qui ambulabat in tenebris: vidit lucẽ magnã. Habitantibus in regione vmbre mortis: lux orta est eis. Paruulus enim nat⁹ est nobis: et filius datus est nobis. Et factus est principatus sup humerũ eius: et vocabit nomen eius admirabilis/cõsiliari⁹/deus fortis/pater futuri seculi/princeps pacis. Multiplicabitur eius imperium: et pacis non erit finis. Super solium dauid et sup regnum eius sedebit: vt confirmet illud/et corroboret i iudicio et iustitia. A modo: et vsq in sempiternum. Sine interuallo legatur epła. Ad titũ.

ii.D Charissime. Apparuit gratia dei saluatoris nr̃i oĩbus hoĩbus: erudiẽs nos vt abnegantes impietatem et secularia desideria/sobrie et iuste et pie viuamus in hoc seculo. Expectantes beatã spem: et aduentũ glorie magni dei et saluatoris nostri iesu xp̃i. Qui dedit semetipsum p nobis: vt nos redimeret ab iniqtate/et mundaret sibi populũ acceptabilẽ/sectatorẽ bonorũ operũ. Hec loquere: et exortare. In xp̃o iesu dño nostro.

p̃.cix. Gr. Tecum principium in die virtutis tue in splendoribus sanctorum: ex vtero ante luciferum genui te. V⁹. Dixit dñs dño meo: sede a dextris meis: donec ponã inimicos tuos scabellum pedum tuorum

p̃s.ii. Alla. V. Dñs dixit ad me/filius meus es tu: ego hodie genui te. Sequentia.

Nato canunt oĩa dño pie agmina. Syllabati pneumata pstringẽdo organica. Hec dies sacrata in qua noua sunt gaudia mũdo plene reddita. Hac nocte precelsa intonuit et gl̃ia in voce angelica. Fulserunt et inmania nocte media pastoribus lumina. Dũ fouent sua pecora/subito diua percipiunt monita. Nat⁹ alma virgĩe q̃ extat ante secła. Est imẽsa in celo gloria et pax i terra. Sic ergo celi caterua altissime iubilet. Et tanto canore tremat alta poli machina. Sonet et per oĩa hac in die gloria voce clara reddita. Hũana concrepẽt cuncta/deũ natũ in terra. Confracta sunt iperia hostis crudelissima. Pax i terra reddita: nũc letent oĩa nati per exordia. Solus qui tuetur oĩa. Solus q̃ condidit oĩa. Ipe sua pietate soluat omnia peccata nostra. ¶ Euãgeliũ more duplicis festi. Secundũ Lucã.

I N illo tp̄e. Egressus est ie sus i virtute sp̄ūs in galileā: et fama exijt per vniuersam re gionē de illo. Et ipse docebat in sy nagogis eorum: et magnificabat ab oīb⁹. Et venit nazareth vbi erat nutrit⁹: et intrauit scḋz cōsuetudi nē suā die sabbati in synagogā: et surrexit legere. Et traditus est illi liber esaie pphete. Et vt reuoluit librū: inuenit locū vbi scriptū erat. Sp̄ūs dñi super me/ ppter qḋ vn xit me/ euāgelizare pauperib⁹ mi sit me/ et sanare contritos corde. Predicare captiuis remissionē/ et cecis visum: dimittere confractos in remissionē/ predicare annū dñi acceptū: & diem retributionis. Et cū plicuisset librum: reddidit mini stro/ et sedit et omniū in synago ga oculi erāt intendētes in eū. Ce pit autem dicere ad illos: q̄r hodie impleta est hec scriptura in auri bus vestris. Et oēs testimoniū il li dabant: et mirabant in verbis gratie: q̄ procedebant de ore ipsi⁹. iiij.C.

¶ Dñica.ij.post oct.epi. Officiū.

O Mnis terra adoret te de us & psallat tibi: psalmū dicat nomini tuo altissi me. ps. Iubilate deo omnis terra/ psalmum dicite nomini eius/ date gloriam laudi eius. Psal. lxv.

Oratio.

O Mp̄s sempiterne de⁹ q̄ cele stia simul et terrena mode raris/ supplicationes ppl'i tui cle mēter exaudi: & pacē tuā nr̄is con cede tēporib⁹. Per. Ad romanos.

F Ratres. Habentes dona tiones: scḋm gratiā q̄ data est nobis differētes. Siue prophe tiam scḋm rationē fidei: siue mini steriū i ministrādo/ siue q̄ docet in xij.B

doctrina. Qui exhortat in exhortādo: q̄ tribuit i simplicitate: q̄ pre est in solicitudine: q̄ miseret in hilaritate. Dilectio sine simulatione. Odiētes malū: adherentes bono. Charitate fraternitatis inuicē diligētes: honore inuicē preueniētes Solicitudine nō pigri: spiritu feruētes: dño seruiētes. Spe gaudentes: in tribulatione patientes. Orōni instātes: necessitatib⁹ sctōrū communicātes: hospitalitatē sectantes. Bñdicite persequētib⁹ vos: bñdicite et nolite maledicere. Gaudere cū gaudētibus: flere cū flentib⁹. Id ipsum inuicē sentientes. Nō alta sapientes: sed humilibus cōsentiētes. Gr. Misit dñs verbum suum ⁊ sanauit eos: ⁊ eripuit eos de interitu eo℞. ℣. Cōfiteant dño mie eius et mirabilia ei⁹ filijs hoim. Alla. ℣. Laudate deum oēs angeli eius: laudate eū oēs virtutes eius. Scdm iohānē.

p.cvi.

Psal. cxlviii. ii.A



In illo tēpore. Nuptie facte sunt in chana galilee: et erat mater iesu ibi. Vocatus est aūt iesus et discipuli eius ad nuptias. Et deficiente vino: dixit mater iesu ad eū. Vinū nō habēt. Et dicit ei iesus. Quid michi ⁊ tibi est mulier? Nō dū venit hora mea. Dicit mater iesu ministris. Quodcunq3 dixerit vobis: facite. Erāt autem ibi lapidee hydrie sex posite scdm purificationē iudeorum: capiētes singule metretas binas/vel ternas. Dixit eis iesus. Implete hydrias aqua. Et impleuerūt eas: vsq3 ad sūmū. Et dixit eis iesus. Haurite nūc et ferte architriclino. Et tulerūt. Ut autē gustauit architriclin⁹ aquā vinū factū: et non sciebat vnde esset (ministri autē sciebāt q̄ hauserāt aquā) vocat spōsum architriclin⁹: et dicit ei. Ois homo primū bonum vinū ponit: et cū inebriati fuerint/ tunc id qd̄ deteri⁹ est. Tu autem seruasti vinum bonū: vsq3 adhuc. Hoc fecit initiū signorū iesus in chana galilee: et manifestauit gloriam suā. Et crediderūt in eū discipuli ei⁹. Off℞. Jubilate deo vniuersa tra/ iubilate deo vniuersa tra: psalmū dicite noi eius: venite ⁊ audite et narrabo vobis oēs q̄ timetis deum quāta fecit dñs aie mee alla. Secreta. p.lxv.

Ut tibi dñe grata sint munera ppli tui supplicantis: ab oi q̄s eū cōtagione puersitatis emunda. Per. Coio. Dicit dñs: implete hydrias aqua ⁊ ferte architriclino. Dū gustasset architriclinus aquā vinum factum: dicit sponso. seruasti vinum bonum vsq3 adhuc. hoc signū fecit iesus primum coram discipulis suis. Postcoio. Johā ii.A

Augeatur in nobis domine q̄s tue virtutis operatio: vt diuinis vegetati sacramentis: ad eorū pmissa capienda/ tuo semper munere preparemur. Per do. ¶ Feria quarta. Ad timotheum.

Charissime. Fidelis sermo et oi acceptione dign⁹. Quia xp̄s iesus venit i hūc mundū pctōres saluos facere: quorum prim⁹ ego sum. Sed ideo miam ɔsecut⁹ sum: vt in me primū ostēderet xp̄s iesus oēm patiētiā/ ad informationē eo℞ q̄ credituri sunt illi in vitā eternā. Regi autē sclorū imortali inuisibili soli deo honor et glia: in i.i.D

secula seculoꝝ. Amē. ℳ. Marcū.
vj. A IN illo tpe. Egressus iesus
abijt in patriā suā: et seqbā-
tur illū discipuli sui. Et facto sab-
bato: cepit in synagoga docere.
Et multi audientes admirabant̄
i doctrina eiꝰ: dicētes. Unde huic
hec oia? Et q̄ est sapientia q̄ data
est illi: et virtutes tales q̄ p manꝰ
eiꝰ efficiunt̄? Nōne iste est fabri fi-
liꝰ et marie: frater iacobi ⁊ ioseph
et iude et simonis? Nonne et soro-
res eius hic nobiscū sūt? Et scāda
lizabant̄ in illo. Et dicebat eis ie-
sus. Qꝛ non est ppheta sine hono
re: nisi in patria sua / et in cogna-
tiōe sua / ⁊ i domo sua. Et nō pote
rat ibi v̄tutē vllā facere: nisi pau-
cos īfirmos īpositis manibꝰ cura
uit. Et mirabat̄: ppt incredulita
tem eoꝝ. ¶ Fer. vj. Ad romanos.
xiiii. C FRatres. Scio et cōfido in
dño iesu: qꝛ nichil cōmune
p ipm̄: nisi et q̄ existimat qd cōmu
ne esse / illi cōmune est. Si eñ ppt
cibū frater tuus scandalizat̄ aut
contristat̄: iam non scd̄m charita
tem ābulas. Noli cibo tuo illū per
dere: pro quo xp̄s mortuꝰ est. Non
blasphemet̄ ergo bonū nr̄m. Non
est eñ regnū dei esca et potꝰ: sed iu
stitia ⁊ pax et gaudiū in sp̄u sācto.
Qui eñ in hoc seruit xp̄o / placet
deo: et pbatꝰ est hoibꝰ. Itaq̄ q̄ pa
cis sunt sectemur: et q̄ edificatiōis
sunt inuicē custodiamꝰ. Nolite p
pter escā destruere opus dei. Oia
qdē mūda sunt: sed malū est hoi q̄
p offēdiculū manducat. Bonū est
nō māducare carnē / et non bibere
vinū: neq̄ in quo frater tuꝰ offen-
dit̄ / aut scādalizat̄ / aut infirmat̄.
Tu fidē quā habes penes temet-
ipm̄: habe corā deo. Beatꝰ q̄ non
iudicat semetipm̄: in eo qd pbat.
Qui autē discernit / si māducaue-
rit dānatus est: quia nō est ex fide:
Omne autem quod nō est ex fide:
peccatum est. Secundum lucam.
IN illo tpe. iiij. E
Descendit
iesus in caphar-
naū ciuitatē ga-
lilee: ibiq̄ doce-
bat sabbatis. Et
stupebant in do-
ctrina eiꝰ: qꝛ i po
testate erat ser-
mo ipsiꝰ. Et in synagoga erat ho
mo habens demonium immūdū:
et clamauit voce magna dicens.
Sine. Quid nobis et tibi iesu na-
zarene? Venisti pdere nos? Scio
te: qꝛ sis sāctus dei. Et increpauit il
lū iesus dicens. Obmutesce et exi
ab illo. Et cū piecisset illud demo
niū: in mediū exijt ab illo / nichilq̄
eū nocuit. Et factꝰ est pauor in oi
bus: ⁊ colloqbant̄ adinuicē dicētes.
Quod est hoc verbū: qꝛ in potesta
te et virtute iperat spiritibꝰ immun
dis ⁊ exeūt? Et diuulgabat̄ fama
de illo: in omnem locum regionis.
¶ Dñica.iij.post oct.epi. Offm̄.
ADorate deū oms angeli Psal.
eius audiuit et letata est xcvi.
sion: et exultauerūt filie
iude. ps. Dominꝰ regnauit
exultet terra: letent̄ insule multe. Or.
OMnipotens sempiterne deꝰ
infirmitatem nostrā propi-
tius respice: atq̄ ad protegendum
nos dexteram tue maiestatis extē
de. Per dominū. Ad Romanos.
FRatres. Nolite esse pru- xii. D
dentes apud vosmetipsos:

nulli malum pro malo reddentes. Prouidẽtes bona nõ tm̃ corã deo: sed etiã corã oibus hoib⁹. Si fieri põt qđ ex vobis est: cũ oib⁹ hoib⁹. pacẽ habẽtes. Non vosmetipsos defẽdentes charissimi: sed date locũ ire. Scriptũ eũ eni. Michi vindictã: ⁊ ego retribuam/ dicit dñs. Sed si esurierit inimic⁹ tuus: ciba illũ. Si sitit: potũ da illi. Hoc eni faciẽs carbones ignis cõgeres super caput ei⁹. Noli vinci a malo:
ps.ci. sed vince i bono malũ. Gr. Timebunt gẽtes nomen tuũ dñe: et oẽs reges terre gl'iam tuã. ℣. Qm̃ edificauit dñs sion: ⁊ videbitur i maiestate sua. Alla.
Psal. ℣. Dñs regnauit exultet terra: letentur
xcvi. insule multe. Secundum Matheũ.
viii. A



IN illo tpe Cũ descendisset ies⁹ de mõte: secute sunt eũ turbe multe. Et ecce leprosus veniens: adorabat eũ dicens. Dñe/ si vis: potes me mũdare. Et extendẽs iesus manũ tetigit eum dicẽs. Uolo/ mũdare. Et ↄfesti mũdata est lepra ei⁹. Et ait illi iesus. Uide nemini dixeris: sed vade ostende te sacerdoti / et offer mun⁹ tuum qđ precepit moyses in testimoniũ illis. Cũ autẽ itroisset capharnaũ/ accessit ad eũ cẽturio rogãs eũ: et dicẽs. Dñe/ puer meus iacet in domo paralytic⁹: et male torquetur Et ait illi iesus. Ego veniã: et curabo eũ. Et rñdens centurio: ait. Dñe non sum dign⁹ vt intres sub tectũ meũ: sed tm̃ dic verbo/ et sanabit puer meus. Nã ⁊ ego homo sum sub potestate cõstitutus: habens sub me milites. Et dico huic vade et vadit: et alio veni et venit: et seruo meo fac hoc et facit. Audiens autem iesus/ miratus est: et sequentibus se dixit. Amen dico vobis: nõ inueni tantã fidem in isrł. Dico autẽ vobis q͏ multi ab oriẽte ⁊ occidẽte veniẽt: et recũbent cũ abrahã et isaac et iacob/ in regno celorũ. Filij autẽ regni: eijcient in tenebras exteriores. Ibi erit fletus: et stridor dentiũ. Et dixit ies⁹ cẽturiõi. Uade: et sicut credidisti/ fiat tibi. Et sanat⁹ est puer: in illa hora. Offer. Dextera dñi fecit virtutẽ: p.cxvii.
dextera domini exaltauit me: non moriar sed viuã et narrabo opa dñi. Secreta.

UIte ppetue mysteria veneranda recolimus te dñe deprecantes: vt ⁊ deuotis eadẽ sacrificijs/ et dignis operibus assequamur. Per. Cõio. Mirabãtur oẽs de Luc.
his q̃ pcedebant de ore dei. Postcõio. iiii.D

QUos tãtis dñe largiris vti mysterijs: presta q̃s vt effectib⁹ eor veraciter aptare digneris. Per. ¶ Fer.iiij. Ad romanos

FRatres. Obsecro vos per xv.G.
dñm nr̃m iesum xp̃m: ⁊ per charitatem spũsscti: vt adiuuetis me i orõnib⁹ ad deum. Ut liberer ab ifidelib⁹ q̃ sunt i iudea/ et obsequij mei oblatio accepta sit in hierosolyma sctis: vt veniã ad vos in gaudio p voluntatẽ dei/ et refrigerer vobiscum. De⁹ autẽ pacis: sit cũ oib⁹ vobis amẽ. Scđm marcũ.

IN illo tpe. Intrauit ies⁹ in iii.A
synagogã: et erat ibi homo habens manũ aridã. Et obseruabãt eũ si sabbatis curaret: vt accusarẽt illũ. Et ait hoi habenti manũ aridã. Surge in mediũ. Et di-

cit eis. Licet sabbatis bñfacere/ an male? Animã saluam facere/ an perdere? At illi tacebãt/ Et circunspiciens eos in ira: contristatus sup cecitate cordis eoꝝ/ dicit homini. Extẽde manum tuã. Et extẽdit. Et restituta est man⁹ illi.

¶ Feria sexta. Ad corinthios.

i. iij. A FRatres. Nescitis q2 tẽplũ dei estis: et spũs dei habitat in vobis? Si qs autẽ tẽplũ dei violauerit: disꝑdet illũ deus. Tẽplũ eñ dei sctm̃ est: qđ estis vos. Nemo se seducat. Si quis videt inter vos sapiens esse in hoc seculo: stultus fiat vt sit sapiens. Sapientia eñ huius mũdi: stultitia est apud deũ. Scriptũ est eñ. Cõprehendã sapiẽtes in astutia sua. Et iterũ. Dñs nouit cogitatiões sapiẽtium: qm̃ vane sunt. Nemo itaqȝ glorieł: in hoibus. Oĩa eñ vestra sunt: siue paul⁹/ siue apollo/ siue cephas/ siue mundus/ siue vita/ siue mors/ siue presentia/ siue futura. Oĩa eñ vrã sunt: vos aũt xpi: xp̃s aũt dei. S. matheũ.

iiij. D IN illo tpe. Circuibat iesus totã galileã docens in synagogis eoꝝ: ⁊ pdicãs euangeliũ regni/ et sanãs oẽm lãguorẽ et oẽm infirmitatẽ in ppło. Et abijt opinio ei⁹: in totã syriã. Et obtulerũt ei oẽs male habentes/ varijs langorib⁹ ⁊ tormentis cõprehensos: et q demonia habebant: et lunaticos et paralyticos: et curauit eos. Et secute sunt eum: turbe multe.

¶ Dñica. iiij. Adorate. vt s. Oro.

DEus q nos in tãtis piculis cõstitutos p humana scis fragilitate nõ posse subsistere/ da nobis salutẽ mẽtis et corporis: vt ea q p pctis nr̃is patimur/ te adiuuãte vincam⁹. Per. Ad romanõ.

xiij. C FRatres Nemini quicq̃ debeatis: nisi vt inuicem diligatis. Qui eñ diligit proximũ: legẽ impleuit. Nam non adulterabis/ non occides/ non furaberis/ non falsum testimoniũ dices/ non concupisces rem proximi tui/ et si qđ est aliud mãdatum: in hoc verbo instaurał. Diliges proximum tuum: sicut teipsũ. Dilectio proximi: malũ non operał. Plenitudo ergo legis: est dilectio. Gr. Timebunt gentes. Alła. V⁹. Dñs regnauit. vt s. do. preced. Secũdũ matheũ.



viij. C IN illo tẽpore. Ascẽdente iesu in nauiculam/ secuti sunt eũ discipuli ei⁹. Et ecce motus magnus factus est in mari: ita vt nauicula operireł fluctibus. Erat aũt illis vẽtus cõtrarius: ipse vo dormiebat. Et accesserunt ad eum discipuli eius: et suscitauerunt eum dicentes. Domine/ salua nos: perim⁹. Et dixit eis. Quid timidi estis: modice fide? Tũc surgẽs/ imperauit vẽtis et mari: et facta est tranquillitas magna. Porro hoies mirati sunt: dicẽtes. Qualis est hic? Qr vẽti ⁊ mare: obediũt ei. Offr. Dextera. vt s. do. preced. Secreta.

COncede qs oipotens deus: vt huius sacrificij munus oblatũ/ fragilitatem nostram ab oi malo purget semp et muniat. Per do. Pręfa. quotid. Cõio. Mirabantur. vt s. do. preced. Postcõio.

MUnera tua nos de⁹ et a de-
lectationib⁹ terrenis expe-
diãt: et celestib⁹ semp instruãt ali-
mẽtis. p. ℭ Fer.iiij. Ad corinthios
i.vij. FRatres. Bonũ est homini
A mulierẽ nõ tãgere. Propt
fornicationem autẽ vnusq̃sq; vxo
rem suã habeat: et vnaq̃q; mulier
virũ suũ habeat. Uxori vir debitũ
reddat: similiter aũt et vxor viro.
Mulier sui corporis potestatẽ nõ
habet: sed vir. Similit autẽ et vir
sui corpis potestatẽ nõ habet: sed
mulier. Nolite fraudare inuicem:
nisi forte de consensu ad tpꝰ vt va-
cetis orõni. Et iterũ reuertimini
in id ipm/ ne tentet vos sathanas
ppt icõtinẽtiã vestrã. Scdꝫ lucã.
ix.G IN illo tpe. Factũ est ambu-
lãtibus discipulis in via: di-
xit q̃dã ad iesum. Sequar te quo-
cunq; ieris. Et ait illi ies⁹. Uulpes
foueas habent/ et volucres celi ni
dos: fili⁹ autẽ hois non habet vbi
caput suum reclinet. Ait aũt ad al
terũ. Sequere me. Ille aũt dixit.
Dñe/ pmitte me primũ ire: et sepe
lire patrẽ meum. Dixitq; ei iesus.
Sine vt mortui sepeliant mortu-
os suos: tu autẽ vade et annuncia
regnum dei. Et ait alter. Sequar
te dñe: sed primũ permitte michi
renunciare his que domi sunt. Et
ait ad illum iesus. Nemo mittens
manũ suã ad aratrũ/ et aspiciens
retro: aptus est regno dei. ℭ Fe-
ria.vj. Epistola. Ad corinthios.
i.vij. FRatres. Unusq̃sq; in qua
D vocatione vocat⁹ est: in ea
pmaneãt. Seruus vocat⁹ es: non
sit tibi cure. Sed et si potes fieri li
ber: magis vtere. Qui eñi in dño
vocat⁹ est seruus: libertus est dñi.
Similiter q̃ liber vocatus est: ser-
uus est xp̃i. Precio ẽpti estis: nolite
fieri serui hoim. Unusquisq; ergo
in quo vocatus est frater: in hoc p
maneat apd deũ. Scdm marcũ.
IN illo tpe. Offerebant iesu x.B
paruulos vt tangeret illos:
discipuli aut comminabant offe-
rẽtib⁹. Quos cũ videret ies⁹/ indi
gne tulit: et ait illis. Sinite par-
uulos venire ad me/ et ne phibue
ritis eos: talium est enim regnũ ce
lorũ. Amẽ dico vobis: quisq̃s non
receperit regnum dei velut paruu
lus/ nõ intrabit in illud. Et cõple
xans eos et imponẽs manus sup
illos: bñdicebat eos. ℭ Dñica.v.
post oct. epi. ad missam officium.
Adorate. vt s̃ dñica.iij. Oratio.
FAmiliã tuã q̃s dñe cõtinua
pietate custodi: vt q̃ in sola
spe grẽ celestis innitit̃: tua semper
ptectione muniat̃. p. Ad colossen.
FRatres. Induite vos si- iij.B
cut electi dei sãcti et dilecti
viscera mĩe: mansuetudinẽ/ beni-
gnitatẽ/ humilitatem/ modestiã/
patiẽtiã. Supportãtes inuicẽ: et
donantes vobismetipsis/ si quis
aduersus aliquẽ habet querelam.
Sicut et dñs donauit vobis: ita et
vos. Sup hec oĩa autẽ charitatẽ
habẽtes: qđ est vinculũ pfectionis.
Et pax xp̃i exultet i cordib⁹ vr̃is/
in qua et vos vocati estis in vno
corpe: et grati estote. Uerbum xp̃i
habitet i vobis abũdãter in oĩ sa-
piẽtia: docẽtes et cõmonẽtes vos-
metipsos in psalmis hymnis et cã
ticis spiritualib⁹/ in grã cãtãtes et
psallẽtes in cordib⁹ vr̃is deo. Oẽ
q̃dcũq; facitis in verbo aut in ope
re: oĩa in nomie dñi nostri iesu xp̃i

facite/ grãas agentes deo et patri. Per iesum xp̃m: dñm nostrũ. Gr. Timebunt gẽtes. Alla. ꝟ. Dñs regna. vt s dñica.iij. Secũdum matheũ.

xiij.D



IN illo tp̃e Dixit ies⁹ discipulis suis parabolam hanc. Simile factum est regnũ celorũ hoĩ q̃ seminauit bonum semen in agro suo. Cum autẽ dormirẽt homines/ venit inimicus ei⁹ ꝛ supseminauit zizania in medio tritici: et abijt. Cum aũt creuisset herba ꝛ fructum fecisset: tũc apparuerunt et zizania. Accedentes autẽ serui pr̃isfamilias: dixerũt ei. Dñe/ nõne bonũ semẽ seminasti in agro tuo? Unde ergo habet zizania? Et ait illis. Inimicus homo hoc fecit. Serui autem dixerũt ei. Uis imus et colligim⁹ ea? Et ait. Nõ. Ne forte colligentes zizania: eradicetis simul cum eis ꝛ triticũ. Sinite vtraq; crescere vsq; ad messem: et in tp̃e messis dicam messoribus. Colligite primũ zizania: et alligate ea in fasciculos ad cõburẽdũ. Triticũ autẽ cõgregate: in horreũ meũ. Offr. Dextera vt s dñica.iij. Secreta.

SUscipe q̃s dñe tuorũ oblatiões p̃cesq; seruorũ: vt sub tue protectiõis auxilio: et collata nõ pereant/ et q̃ expetũt apprehendant. Per d. Prefa. quotid. Cõio. Mirabantur. vt s do.iij. Postcõio.

DEus q̃ nos sacramenti tui participatiõe ꝯtigis/ btutis ei⁹ effect⁹ in nr̃is cordib⁹ operare: vt muneri diuino quod sumpsimus/ p ipsum munus aptemur. Per. ¶ Feria.iiij. Ad Timotheũ

.i.iii.A

CHarissime obsecro primum omniũ fieri obsecrationes/ orationes/ postulationes/ gratiarũ actiones: pro oĩbus hominib⁹ Pro regibus et oĩbus qui in sublimitate sunt constituti: vt quietã ꝛ tranquillã vitã agamus in omni pietate et castitate. Hoc eñi bonũ est: ꝛ acceptum coram deo saluatore nostro. Qui oẽs homines vult saluos fieri: et ad agnitionẽ veritatis venire. Unus eñi deus: vn⁹ ꝛ mediator dei ꝛ hoĩm/ homo xp̃s iesus. Qui dedit semetipsum in redemptionẽ pro oĩbus: cui testimoniũ tẽporibus suis cõfirmatũ est: ĩ quo positus sum ego predicator et apostolus. Ueritatẽ dico ꝛ non mentior: doctor gentium in fide ꝛ veritate. Secundum Matheum.

IN illo tp̃e. Dixit iesus turbis iudeorũ. Homo quidam habebat duos filios: et accedens ad primum dixit. Fili: vade hodie operari in vineã meã. Ille aũt respondens/ ait. Nolo. Postea autẽ penitentia motus: abijt. Accedẽs autem ad alterum: dixit similiter. At ille respondẽs/ ait. Eo dñe. Et nõ iuit. Quis ex duob⁹ fecit volũtatẽ pr̃is? Dicũt. Primus. Dixit illis iesus. Amẽ dico vobis: q: publicani et meretrices precedẽt vos in regno dei. Uenit eñi ad vos iohannes in via iustitie: ꝛ nõ credidistis ei. Publicani autem et meretrices: crediderunt ei. Uos autem videntes/ nec penitentiam habuistis: vt postea crederitis ei. Qui habet aures audiendi: audiat. ¶ Dominica in .lxx. Officium.

xx.C

p.xvij. Ircundederunt me gemitus mortis dolores i(n)ferni circũdederunt me: in tribulatione mea inuocaui dñm et exaudiuit de templo scõ suo vocẽ meã. ps. Diligam te dñe fortitudo mea: dñs firmamentum meũ et refugiũ meũ et liberator meus.
Ab hac die vsq(ue) ad vig. pasche nõ dr Gloria in excel. neq(ue) Jte missa est. de quocunq(ue) dr missa: nisi ep(iscop)us in cena dñi celebrauerit. Oratio.
Preces ppli tui q(uesumu)s dñe clemẽter exaudi: vt q(ui) iuste p(ro) pctis nr̃is affligimur: p(ro) tui nõis gloria misericorditer liberemur. Per dñm. Ep(isto)la. Ad corinthios.
j.ix.D Fratres. Nescitis q(uod) hi qui in stadio currunt / oẽs q(ui)dẽ currunt: sed vnus accipit brauiũ: Sic currite vt cõprehẽdatis. Ois eñ q(ui) in agone cõtẽdit: ab oĩbus se abstinet. Et illi q(ui)dẽ vt corruptibilẽ coronã accipiãt: nos aũt incorruptã. Ego igit(ur) sic curro: nõ quasi i incertũ. Sic pugno: non quasi aerẽ verberãs. Sed castigo corp(us) meũ et in seruitutẽ redigo: ne forte cũ alijs p(re)dicauerim: ipse reprobus efficiar. Nolo eñ vos ignorare fratres q(uonia)m patres nr̃i om̃s sub
x.A nube fuerũt: et oẽs mare trãsierũt: et om̃s in moyse baptizati sunt in nube et in mari. Et oẽs eandẽ escã spiritalem mãducauerũt: et om̃s eundẽ potũ spiritalẽ biberũt. Bibebant autẽ de spiritali: (con)sequẽte eos petra. Petra autem erat xp̃s.
ps.ix. Gr(adua)le. Adiutor in opportunitatibus in tribulatione. sperent in te q(ui) nouerint te q(uonia)m nõ derelinquis querẽtes te dñe. V. Qm̃ non in finẽ obliuio erit pauperis: patientia pauperũ nõ peribit in eternũ: exurge dñe ne p(re)ualeat homo. Non repetat(ur) gr(adua)le. q(ua)ñcunq(ue) dicit(ur) tr(actus). vt s(upr)a. Tract(us).
De profundis clamaui ad te domine: dñe exaudi vocẽ meã. V. Fiãt aures tue intẽdentes: in orationem serui tui. V. Si iniquitates obseruaueris dñe: domie quis sustinebit? V. Quia apud te propiciatio est: et propter legem tuã sustinui te dñe. Sc(undu)m matheũ.
In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis parabolam hãc. Simile est regnũ celorũ hoi patri familias: q(ui) exijt primo mane conducere op(er)arios in vineã suã. Conuẽtione aũt facta cũ operarijs ex denario diurno: misit eos in vineã suam. Et egressus circa horã tertiã: vidit alios stãtes in foro ociosos / et dixit illis. Jte et vos in vineã meã: et qd̃ iustum fuerit dabo vobis. Jlli aũt abierũt. Jterũ aũt exijt circa sextã et nonã horã: et fecit similiter. Circa vndecimã vero exijt et i(n)uenit alios stãtes: et dixit illis. Quid hic statis tota die ociosi? Dicũt ei. Qr nemo nos conduxit. Dixit illis. Jte et vos i vineã meã. Cũ sero aũt factũ esset: dixit dñs vinee procuratori suo. Uoca op(er)arios et redde illis mercedẽ: incipiẽs a nouissimis vsq(ue) ad primos. Cũ venissent ergo q(ui) circa vndecimã horã venerãt: acceperunt singulos denarios. Uenientes autẽ et primi: arbitrati sunt q(uod) pl(us) essent accepturi. Acceperũt autẽ et ipsi: singulos denarios. Et accipientes murmurabant aduersus patrẽ familias: dicentes. Hi nouissimi vna hora fecerũt: (et) pares illos nobis fecisti q(ui) portauim(us) pondus diei et estus. At ille respõdens: vni eorum dixit. Amice: nõ facio tibi

iniuriã. Nõne ex denario conuenisti mecũ? Tolle qđ tuũ est: et vade. Volo aũt et huic nouissimo dare: sicut et tibi. An non licet michi qđ volo facere? An oculus tuus nequã est/ qꝛ ego bon⁹ sum? Sic erũt nouissimi pꝛimi: et pꝛimi nouissimi. Multi enim sunt vocati: pauci vero electi. Offꝛ. Bonum est cõfiteri domino: et psallere nomini tuo altissime. V. Quam magnificata sũt opera tua domine: nimis pꝛofunde facte sunt cogitationes tue. V. Ecce inimici tui domine peribunt: et dispergentur oẽs qui operantur iniquitatẽ. Pꝛefa. quoti. Secreta.

ps.xci

Muneribus nostris q̃sumus dñe pꝛecibusqꝫ susceptis: et celestibus nos munda mysterijs/ et clementer exaudi. Per d. Cõio. Illumina faciem tuam super seruũ tuũ: saluum me fac i tua mia dñe: non confundar/ quoniam inuocaui te. Postcõio.

ps.xxx.

Fideles tui de⁹ p tua dona firment: vt eadẽ et pcipiendo reqrãt: et querẽdo sine fine pcipiãt. Per. Sciendũ est ꝙ seruitiũ huius diei non differt pꝛopt aliqđ fes. nisi cũ puri. b. ma. vel dedicat. eccľie in hac die do. foꝛte cõtigerit: tũc ei differat vsqꝫ ad. iiij. fe. Tr. De pfundis. pternittat: qꝛ in fes. dieb⁹ nõ dr tract⁹ añ. iiij. fe. in capite ieiu. nisi tñ i miss. p defũctis: nec etiã in fes. sctõꝝ sine regi. cho. Qñcũqꝫ do aliud fes. i hac do. vel in alia vsqꝫ ad pas. do. contigerit/ semp differat: sꝫ dup. fes. fuerit: et fiat seruit. de ipsa do. nulla facta de fes. mẽo. nisi sit fes. iij. lc. qđ non differat: sꝫ tũc de eo fiat mẽo. vsqꝫ ad. xl. tñ. A. iiij. autẽ fe. i capi. ieiu. vsqꝫ in crastinũ oct. pasche/ nichil fiat ad miss. de fes. iij. l. nec etiã mẽo. ¶ Feria. iiij. Ad coꝛinthios

Fratres. Si opertũ est euãgeliũ nr̃m in his q̃ pereũt: est opertũ in qb⁹ de⁹ hui⁹ scli excecauit mentes infideliũ/ vt non fulgeat illuminatio euãgelij gľie xp̃i qui est imago dei. Nõ eñ nosmet ipsos pdicam⁹: sꝫ iesum xp̃m dñm nr̃m. Nos aũt seruos vr̃os p iesũ: qm̃ deus qui dixit de tenebꝛis lucẽ splẽdescere: ipse illuxit in coꝛdibus nr̃is ad illuminationẽ scientie claritatis dei in facie iesu xp̃i. Habemus autẽ thesaurũ istũ abscõditũ in vasis fictilibus: vt sublimitas sit virtutis dei et nõ ex nobis. In oibus tribulationẽ patimur: sed non angustiamur. Apoꝛiamur: sꝫ nõ destituimur. Persecutionẽ patimur: sꝫ non derelinquimur. Humiliamur: sꝫ nõ cõfundimur. Deijcimur: sed nõ perim⁹. Semp moꝛtificationẽ iesu in coꝛpoꝛe nr̃o circũferẽtes: vt et vita iesu in coꝛpoꝛib⁹ nr̃is manifestet. Semp eni nos q̃ viuimus/ in moꝛtẽ tradimur pꝛopter iesum: vt et vita iesu manifestetur in carne nr̃a moꝛtali. Ergo moꝛs in nobis operatur: vita autem in vobis. Secundũ marcum.

ij.iiij. B

In illo tpe. Egressus iesus ibat per galileã: nec volebat quẽꝙ scire. Docebat aũt discipulos suos: et dicebat illis. Qm̃ fili⁹ hois tradet in man⁹ hoim: et occidẽt eũ et occis⁹ tertia die resurget. At illi ignoꝛabãt verbum: et timebãt eum interrogare. Et venerũt capharnaũ. Qui cũ domi essent: interrogabat eos. Quid i via tractabatis? At illi tacebant. Si qdẽ iter se i via disputauerãt: qs eoꝝ esset maioꝛ. Et residens vocauit

ix.E

duodecim: et ait illis. Si qs vult
prim⁹ esse: erit oiz nouissim⁹ ⁊ oiz
minister. Et accipiēs puerū: statu
it eū in medio eorū. Quē cū cōple-
xus esset: ait illis. Quisqs vnū ex
huiusmodi pueris recepit in noīe
meo: me recipit. Et qcūqz me sus-
ceperit / nō me solū suscipit: sed eū
q me misit. Qui hz aures audien-
di: audiat. ¶ Fe. vj. Ad corīthios.

ii. iiii. C FRatres. Habentes spm̄ fi-
dei: sicut scriptū est. Credi-
di ppter qd locut⁹ sum: et nos cre
dim⁹ ppter qd ⁊ loqmur. Sciētes
qm̄ q suscitauit iesum a mortuis /
et nos cum iesu suscitabit et cōsti-
tuet vobiscū. Oia eni ppter vos:
vt gr̄a abundās p multos i gr̄ar
actiōe abundet i gl'iam dei / ppter
qd nō deficim⁹ Sed licet is q foris
est nr̄ hō corrūpat: tn̄ is q int⁹ est
renouat de die in diē. Id eni quod
in presenti est momentaneū et leue
tribulationis nr̄e supra modū: in
sublimitate eternum gl'ie pondus
operat i nobis: nō cōtēplātib⁹ no
bis q vident / sz q nō vident. Que
eni vident tpalia sunt: q autē non
vidētur: eterna sūt. S. matheū.

xii. C IN illo tpe. Dixit iesus pha-
riseis. Qui nō est mecū con-
tra me est: et qui nō congregat me
cū / spargit. Ideo dico vobis. Om̄e
pctm̄ ⁊ blasphemia remittet hoi-
bus: spūs autē blasphemie non re
mittet. Et quicūqz dixerit verbū
cōtra filiū hois: remittet ei. Qui
autē dixerit cōtra spm̄ sanctū: nō
remittet ei / neqz in hoc seculo neqz
in futuro. Aut facite arborem bo-
nā et fructū eius bonū: aut facite
arborē malā et fructū eius malū.
Siquidē ex fructu: arbor cogno-
scit. Progenies viperarū quomo-
do potestis bona loqui / cum sitis
mali: Ex abundantia eni cordis:
os loquit. Bonus homo de bono
thesauro profert bona: et malus
homo de malo thesauro pfert ma
la. Dico aūt vobis: qm̄ omne ver-
bū ociosū qd locuti fuerint hoies /
reddent rationem de eo in die iudi
cij. Ex verbis eni tuis iustificabe-
ris: ⁊ ex verbis tuis cōdēnaberis.

¶ Dñica in sexagesima. Officiū.

EXurge quare obdormis p. xliii.
dñe: exurge et ne repel-
las i finē: quare faciem
tuam auertis / obliuisce
ris tribulationē nostram: adhesit
in terra venter noster: exurge dñe
adiuua nos et libera nos. Ps. De⁹
auribus nostris audiuimus: patres no-
stri annunciauerunt nobis. Oratio.

DEus qui conspicis quia ex
nulla nostra actiōe confidi
mus: cōcede ppiti⁹ vt cōtra aduer
sa oia doctoris gētium ptectione
muniamur. Per. Ad corinthios.

FRatres. Libēter suffertis ii. xi.
insipiētes: cū sitis ipi sapiē D
tes. Sustinetis eni si quis vos i ser
uitutē redigit / si quis deuorat / si
qs accipit / si qs extollitur / si qs in
faciē vos cedit. Scdm ignobilita
tem dico: quasi nos infirmi fueri-
mus in hac parte. In quo qs au-
det (in insipientia dico) audeo et
ego. Hebrei sunt: et ego. Israelite
sunt: et ego. Semen abrahe sunt:
et ego. Ministri christi sūt et ego.
Ut minus sapiens dico: plus ego.
In laboribus plurimis / in carce-
ribus abundantius / in plagis su-
pra modum / i mortib⁹ frequēter.
A iudeis quinquies quadragenas

vna minus accepi. Ter virgis cesus sum: semel lapidat⁹ sum. Ter naufragium feci: nocte ac die in pfundū maris fui. In itineribus sepe. Periculis fluminū / periculis latronū / periculis ex gñe / picul is ex gentib⁹ / periculis i ciuitate / picul is i solitudie / periculis i mari / piculis in falsis fratrib⁹. In labore et erūna: in vigilijs multis. In fame et siti: in ieiunijs multis. In frigore ꝛ nuditate. Preter illa que extrinsec⁹ sūt instātia: mea quotidiana solicitudo omniū ecclesiaꝝ. Quis ifirmaꝛ ꝛ ego nō infirmor? Quis scādalizaꝛ / ꝛ ego non vror? Si gliari oportet: q̄ infirmitatis mee sūt gloriabor. Deus et pr̄ dñi nostri iesu xp̄i scit (q̄ est benedict⁹ in secula) ꝙ non mētior. Diuisio.

xii. A Damasci ppósit⁹ gentis arethe regis custodiebat ciuitatē damascenorū: vt me cōprehēderet. Et p fenestrā in sporta demiss⁹ sū p murū: ꝛ sic effugi man⁹ eius. Si gliari oportet: nō expedit qdē. Veniā aūt ad visiōes: et reuelatiōes dñi. Scio hoiem in xp̄o añ annos quatuordeci (siue i corpore / siue extra corp⁹ nescio: de⁹ scit) raptū huiusmodi vsq; ad tertium celū. Et scio huiusmodi hoiē (siue i corpe siue extra corp⁹ nescio: de⁹ scit) qm̄ raptus est in paradisum: et audiuit arcana vba q̄ non licet hoī loqui. Pro huiusmodi gliabor: p me autē nichil nisi in ifirmitatib⁹ meis. Nam et si voluero gliari: non ero insipiēs. Veritatē enim dicā. Parco autē: ne qs me existimet supra id qd̄ videt in me: aut audit aliqd ex me. Et ne magnitudo reuelationū extollat me: datus est michi stimulus carnis mee angelus sathane / q̄ me colaphizet. Propter qd̄ ter dñm rogaui vt discederet a me: et dixit michi. Sufficit tibi gratia mea. Nā virtus in infirmitate pficiꝛ. Libenter igiꝛ gliabor in infirmitatib⁹ meis: vt inhabitet in me virt⁹ xp̄i. Hec ep̄la to. legaꝛ hac die tm̄. qñ vo vr p hebdo. semp incipiatur ab ista clausula. Damasci ppo. Et legaꝛ vsq; ad finē. Gr. Sciant gentes qm̄ nomen tibi dñs: tu solus altissimus sup oēm terrā. Psal. lxxxii.
V. Deus me⁹ pone illos vt rotā et sicut stipulam ante faciem vēti. Tractus.

Commouisti dñe terrā et cōturbasti eā. V. Sana cōtritiones eius qr mota est. V. Ut fugiant a facie arcus vt liberenꝛ dilecti tui. Ps. lix
Scdm Lucā.



In illo tp̄e Cum turba plurima conueniret / et de ciuitatib⁹ pperarēt ad iesum: dixit p similitudinē. Exijt q̄ seminat seminare semē suū. Et dū seminat / aliud cecidit sec⁹ viā: et conculcatū est: ꝛ volucres celi comederūt illud. Et aliud cecidit supra petram: ꝛ natū aruit qr nō habebat humorē. Et aliud cecidit iter spinas: et simul exorte spine suffocauerūt illud. Et aliud cecidit in terrā bonā: et ortū fecit fructū cētuplum. Hec dicēs clamabat. Qui habet aures audiēdi: audiat. Interrogabāt autē eū discipuli eius: que esset hec parabola. Quibus ip̄e dixit. Vobis datū est nosse mysterium regni dei: ceteris autē in parabolis: vt videntes non viii. A

videāt/ & audiētes nō intelligant. Est aūt hec parabola. Semen est vbū dei. Qui aūt sec⁹ viā/ hi sunt q audiunt: deinde venit diabol⁹ et tollit vbū de corde eor: ne credentes salui fiant. Nā q sup petrā: hi sunt q cū audierint/ cū gaudio suscipiūt verbū. Et hi radices nō habēt: q ad tps credūt & i tpe tentatiōis recedūt. Qd aūt in spinis cecidit: hi sūt q audierūt et a sollicitudinib⁹ et diuitijs & voluptatib⁹ vite eūtes suffocant/ et nō referūt fructū. Qd aūt cecidit i trā bonā: hi sūt q i corde bono et optimo audiētes vbū retinēt. Et fructū affe-
h. xvi. runt in patiētia. Offer. Perfice gressus meos in semitis tuis vt nō moueant vestigia mea: iclina aurē tuam et exaudi verba mea/ mirifica mias tuas q saluos facis sperātes in te dñe. V. Exaudi dñe iustitiā meā/ itēde deprecatiōem meā/ aurib⁹ pcipe orōnē meā. V⁹. Custodi me dñe vt pupillā oculi: sub vmbra alarū tuar ptege me/ eripe me dñe ab ipio. Secreta.

INtende qs dñe hostiā famulie tue: vt q̄ā sacri muneris facis esse participē: tribuas ad ei⁹ plenitudinem puenire. Per. Pre-
.xlii. p fa. quo. Cō. Introibo ad altare dei ad deū q letificat iuuētutē meā. Postcōio.

SUpplices te rogamus oīps de⁹: vt quos tuis reficis sacramētis/ tibi etiā placitis moribus dignanter deseruire cōcedas. Per. v. ¶ Fer. iiij. Ad corinthios.
ii. i. D FRatres. Ego testem deum inuoco i aiam meā: q parcēs vobis nō veni vltra corinthū. Nō q dñamur fidei vre/ sed adiutores sum⁹ gaudij vri: nā fide sta-
ii. ij. A tis. Statui aūt hoc ipz apud me: ne iterū in tristitia venirē ad vos. Si eñ ego cōtristo vos: & quis est q me letificet/ nisi q cōtristat ex me. Et hoc ipm scripsi vobis: vt nō cū venero tristitiā sup tristitiā habeā: de quib⁹ oportet me gaudere/ confidens in oibus vobis: q meū gaudiū oim vestrū est. Nam ex multa tribulatiōe et angustia cordis scripsi vobis p mltas lachrymas: vt nō cōtristemini: sed vt sciatis quā charitatē habeā abūdanti⁹ in vobis. Si qs aūt cōtristauit me non me cōtristauit: sed ex parte vt non onerē oēs vos. Sufficit illi q huiusmodi est obiurgatio hec q fit a pluribus: ita vt ecōtrario magis donetis & cōsolemini: ne forte abūdātiori tristicia absorbeatur q huiusmodi est. Propt quod obsecro vos: vt cōfirmetis illū in charitate. Ideo enim scripsi vobis vt cognoscā experimētū vestrū: an i oibus obedientes sitis. Si cui aūt aliquid donastis: et ego. Nā & ego qd donaui: si qd donaui/ pter sermonē xpi: vt nō circumueniamur a sathana. Non enim ignoramus cogitationes eius. Scdm lucam.

IN illo tpe. Cepit iesus doce- iii. A
re ad mare/ et cōgregata est ad eū turba multa: ita vt nauim ascendens sederet in mari. Et ois turba: circa mare sup terrā erat. Et docebat illos i parabolis multa: et dicebat illis in doctrina sua. Audite. Ecce exijt seminans ad seminandū. Et dū seminat aliud cecidit circa viā: & venerūt volucres celi: & comederūt illud. Aliud vero cecidit sup petrosa: vbi non habuit terrā multā. Et statim exortum est: qm non habebat altitudinem terre. Et qn exortus est sol:

erestuauit/et eo q nõ habebat radicẽ exaruit. Et aliud cecidit i spinas: & ascẽderũt spine et suffocauerunt illud/et fructũ non dedit. Et aliud cecidit i terrã bonã: & dabat fructũ ascendentẽ et crescentẽ. Et afferebat vnũ tricesimũ/et vnum sexaginta/et vnũ cẽtum. Et dicebat. Qui habet aures audiendi/audiat. ¶ Fer. vj. Ad corinthios.

ii.b
B
FRatres. Scientes timorẽ dñi hoibus suademus: deo autẽ manifesti sum⁹. Spero autẽ et in conscientijs vr̃is manifestos nos esse. Nõ eñi iterũ nos cõmẽdamus vobis: sȝ occasionẽ dam⁹ vobis gloriãdi p̃ nobis: vt habeatis ad eos q̃ in facie gloriant: & non in corde. Siue eñi mente excedimus deo: siue sobrij sumus vobis. Charitas eñi xp̃i vrget nos/estimãtes hoc q si vn⁹ p̃ oib⁹ mortu⁹ est: ergo oẽs mortui sunt. Et pro oibus mortu⁹ est xp̃s: vt et q̃ viuũt/iam nõ sibi viuant: sed ei q̃ p̃ ipsis mortuus est: & resurrexit. Scd̃m lucã.

xvii.
E


IN illo tp̃e. Interrogat⁹ iesus a pharisaeis q̃ñ venit regnum dei: respõdit eis: et dixit. Nõ venit regnũ dei cum obseruatione: neq dicẽt ecce hic/aut ecce illic. Ecce enim regnum dei intra vos est. Et ait ad discipulos suos. Uenient dies q̃ñ desideretis videre vnum diem filij hois: & nõ videbit. Et dicẽt vob. Ecce hic: et ecce illic. Nolite ire: neq sectemini. Nam sicut fulgur coruscans de sub celo in ea q̃ sub celo sunt fulget: ita erit fili⁹ hois i die sua. Primũ autẽ oportet illũ multa pati: & reprobari a generatione hac. Et sicut factũ est i dieb⁹ noe: ita et in dieb⁹ filij hois. Edebãt et bibebãt/vxores ducebãt et dabantur ad nuptias vsq in diem qua intrauit noe in arcam: et venit diluuiũ & pdidit oẽs. Similiter sicut factũ est in diebus loth: edebant et bibebãt/emebant & vẽdebãt/plãtabãt et edificabãt. Qua die autẽ exijt loth a sodomis/pluit ignẽ et sulphur de celo: & oẽs perdidit. Secũdũ hec erit: qua die fili⁹ hois reuelabit. In illa hora qui fuerit in tecto et vasa ei⁹ in domo: nõ descẽdat tollere illa. Et qui in agro: similiter non redeat retro. Mẽores estote vxoris loth. Quicunq q̃sierit aiam suã saluã facere: perdet illam. Et q̃cunq pdiderit illã: viuificabit eã. Dico vobis/i illa nocte erunt duo in lecto vno: vnus assumet et alter relinquet. Due erunt molentes in vnũ: vna assumet et altera relinquetur. Duo in agro/vnus assumet: et alter relinquet. Respõdentes: dicũt illi. Ubi dñe: Qui dixit eis. Ubicũq fuerit corpus: illuc congregabunt aquile.

¶ Dñica i q̃nquagesima. Offiti.

ESto michi in deũ protectorẽ & in locum refugij vt saluũ me facias: qm̃ firmamentum meum & refugium meum es tu: et propter nomẽ tuum dux michi eris et enutries me. ps. In te domine speraui non confundar in eternum: in iustitia tua libera me et eripe me. p.xxx.

Oratio.

PReces nr̃as q̃s dñe clementer exaudi: atq a pctõr vin

culis absolutos/ab oĩ nos aduer=
sitate custodi. Per. Ad corithios.
i.xiii. a FRatres. Si linguis hoim
loquar et ãgeloꝝ/charita=
tẽ aũt non habeã: fact⁹ sũ velut es
sonãs aut cymbalũ tinniẽs. Et si
habuero ꝓphetiã et noueri myste
ria oĩa ⁊ oẽm sciẽtiã: ⁊ si habuero
oẽm fidẽ ita vt montes transferã:
charitatẽ aũt nõ habeã: nichil sũ.
Et si distribuero i cibos pauperũ
oẽs facultates meas: et si tradide
ro corp⁹ meũ ita vt ardeam: chari
tatẽ aũt nõ habuero/nichil michi
ꝓdest. Charitas patiẽs est: beni
gna est. Charitas nõ emulat̃: nõ
agit ꝑperã: nõ iflat̃: nõ est ãbitio=
sa: nõ q̃rit q̃ sua sunt. Nõ irritat̃/
nõ cogitat malũ/non gaudet sup
iiq̃tate: ꝯgaudet aũt ṽitati. Oĩa
suffert: oĩa credit: oĩa spat: oĩa su=
stinet. Charitas nũq̄ excidit siue
ꝓphetie euacuabunt̃: siue lingue
cessabũt: siue scientia destruet̃. Ex
parte eñ cognoscim⁹: et ex pte ꝓ=
phetam⁹. Cũ aũt venerit qđ perfe
ctũ est: euacuabit̃ qđ ex parte est.
Cũ essẽ paruulus/loq̃bar vt puu=
lus: sapiebã vt paruulus: cogita=
bã vt paruul⁹. Qñ aũt fact⁹ sum
vir euacuaui q̃ erant paruuli. Ui
dem⁹ nunc ꝑ speculũ in enigmate:
tũc aũt facie ad faciẽ. Nũc cogno=
sco ex pte: tũc autẽ cognoscã sicut
et cognit⁹ sum. Nũc aũt manẽt fi
des spes charitas: tria hec. Ma=
ior autẽ horum: est charitas. Gr.
Psal lxxvi. Tu es de⁹ q̃ facis mirabilia solus: notã
fecisti in gẽtibus virtutem tuam. V. Li=
berasti in brachio tuo populum tuum fi=
lios israel iacob et ioseph. Tractus.
P. xcix IUbilate deo oĩs terra: seruite dño
in letitia. V. Intrate i ꝯspectu ei⁹
in exultatiõe. V. Scitote q̃m dñs ipse est
de⁹. V. Ipse fecit nos et nõ ipsi nos: nos
aũt ppl's ei⁹ ⁊ oues pascue ei⁹. S. lucã.



IN illo tpe xviii f
Assũpsit
iesus duodeci di
scipulos suos: et
ait illis. Ecce a=
scẽdim⁹ hieroso
lymã: et ꝯsũma=
bunt̃ oĩa q̃ scri=
pta sunt ꝑ ꝓphetas de filio hoĩs.
Tradetur eñ gentibus ⁊ illudet̃:
et flagellabit̃ ⁊ cõspuet̃. Et postq̃
flagellauerint occidẽt eũ: et tertia
die resurget. Et ipsi nichil horum
itellexerũt. Erat aũt verbũ istud
abscõditũ ab eis: ⁊ nõ intelligebãt
q̃ dicebant̃. Factũ est aũt cum ap=
propinquaret hierico: cec⁹ q̃dã se=
debat secus viã/mẽdicans. Et cũ
audiret turbã pretereũtem: inter
rogabat qđ hoc esset. Dixerũt au
tẽ ei: q̇ ies⁹ nazaren⁹ transiret. Et
clamauit dicens. Jesu fili dauid:
miserere mei. Et q̃ p̃ibãt increpa=
bãt eũ vt taceret: ipse vero multo
magis clamabat. Fili dauid: mise
rere mei. Stãs aũt ies⁹: iussit illũ
adduci ad se. Et cũ appropinquas
set iterrogauit illũ dicẽs. Quid ti
bi vis faciã? At ille dixit. Dñe: vt
videã. Et iesus dixit illi. Respice:
fides tua te saluũ fecit. Et confesti
vidit: et sequebat̃ illũ magnificãs
deum. Et oĩs plebs vt vidit: dedit
laudẽ deo. Offr. Benedict⁹ es dñe do Psal. cxviii.
ce me iustificatiões tuas: benedictus es
domie doce me iustificationes tuas: in la
biis meis pronunciaui oĩa iudicia oris
tui. V. Bti imaculati in via q̃ ambulant
i lege dñi: bti q̃ scrutant̃ testimonia eius
in toto corde exq̃runt eũ. V. Aufer a ple=

de tua opprobriũ & cõtemptũ: quia mãda ta tua non sum⁹ obliti dñe. Secreta.

Hec hostia dñe q̃s emundet nr̃a delicta: et ad sacrificiũ celebrandũ subditorũ tibi corpora mẽtesq; sctificet. Per. Prefa. quo.

Psal. lxxvii. Cõ. Mãducauerunt et saturati sunt nimis: et desideriũ eorũ attulit eis dñs: nõ sũt fraudati a desiderio suo. Postcõio.

Quesumus oĩps de⁹: vt q̃ celestia alimenta percepim⁹: p hec ɔtra oĩa aduersa muniamur. Per. ¶ Feria.iiij. in capite ieiunij post sextã in primis fiat sermo ad ppl̃m si placuerit: deinde psternãt se clerici in cho. & dicant septẽ p̃os peniten̄. cum Gloria pr̄i et Sicut erat. et ãte. Ne reminiscaris. Excellẽtior vero sacerd. indut⁹ vestib⁹ sacerdotalib⁹ in cappa serica rubea cum diaco. a dextris & subdiaco. a sinistris cũ ceteris ministris altaris: q̃ oẽs sint albis cum amictib⁹ induti: ante altare dicãt p se septẽ psal. penitentiales in pstratione. cũ ãn. Ne reminiscaris. Psalmus.



ps. vj. Domine ne in furore tuo arguas me: neq; ĩ ira tua corripias me. Miserere mei domie quoniam ĩfirmus sum: sana me dñe qm̃ conturbata sunt ossa mea. Et aĩa mea turbata est valde: sed tu dñe vsq; quo. Conuertere dñe & eripe aĩam meã: saluũ me fac ppt̃ miam tuã. Qm̃ nõ est in morte q̃ memor sit tui: in inferno autẽ q̃s cõfitebit̃ tibi. Laboraui in gemitu meo/ lauabo p singl̃as noctes lectũ meũ: lachrymis meis stratũ meũ rigabo. Turbat⁹ est a furore oculus meus: inueteraui inter oẽs inimicos meos. Discedite a me oĩs q̃ operamini iniquitatẽ: qm̃ exaudiuit dñs vocẽ fletus mei. Exaudiuit dñs deprecationem meã: dñs orõnẽ meã suscepit. Erubescant et ɔturbent̃ vehemẽter oẽs ĩimici mei: cõuertant̃ et erubescãt valde velociter. Gl̃ia pr̄i. Sicut erat.

Beati quorũ remisse sunt iniquitates: & quor tecta sunt pctã. Psal. xxxi. Btũs vir cui non ĩputauit dñs pctm̃: nec est in spũ ei⁹ dolus. Qm̃ tacui inueterauerunt ossa mea: dum clamarẽ tota die. Qm̃ die ac nocte grauata est super me man⁹ tua: cõuers⁹ sũ in erũna mea dũ cõfigit̃ spina. Delictũ meũ cognitũ tibi feci: & iniustitiã meã non abscõdi. Dixi cõfitebor aduersũ me iniustitiã meã dño: et tu remisisti ĩpietatẽ pcti mei. Pro hac orabit ad te oĩs sctũs: ĩ tp̃e oportuno. Verũtñ ĩ diluuio aquarũ multarũ: ad eũ nõ approximabũt. Tu es refugiũ meũ a tribulatiõe que circũdedit me: exultatio mea erue me a circũdãtib⁹ me. Intellectũ tibi dabo et instruam te ĩ via hac qua gradieris: firmabo sup te oculos meos. Nolite fieri sicut equ⁹ et mul⁹: q̃b⁹ nõ est ĩtellectus. In

chamo et freno maxillas eorũ constringe: q̃ non approximãt ad te. Multa flagella pctõris: sperantẽ autẽ in dño mia circundabit. Letamini in dño et exultate iusti: et gloriamini oẽs recti corde. Gl̃ia.

Psal. xxxvij. Domine ne in furore tuo arguas me: neq; i ira tua corripias me. Qm̃ sagitte tue infixe sunt michi: ꝛ ꝯfirmasti sup me manũ tuã. Non est sanitas in carne mea a facie ire tue: non est pax ossibus meis a facie peccatorũ meoꝝ. Qm̃ iniqtates mee supgresse sũt caput meũ: et sicut on⁹ graue grauate sunt sup me. Putruerunt et corrupte sunt cicatrices mee: a facie isipiẽtie mee. Miser fact⁹ sum et curuat⁹ sum vsq; i finẽ: tota die cõtristat⁹ ingrediebar. Qm̃ lũbi mei ipleti sunt illusiõib⁹: et nõ est sanitas in carne mea. Afflict⁹ sũ et hũiliat⁹ sum nimis: rugiebã a gemitu cordis mei. Dñe ante te oẽ desideriũ meũ: et gemit⁹ me⁹ a te nõ est abscõdit⁹. Cor meũ conturbatũ est dereliq̃t me virt⁹ mea: et lumẽ oculoꝝ meoꝝ et ipm̃ nõ est mecũ. Amici mei ꝛ pximi mei: aduersũ me appropinquauerũt et steterũt. Et q̃ iuxta me erãt de lõge steterũt: et vi faciebãt q̃ q̃rebãt aiam meã. Et q̃ inquirebãt mala michi locuti sunt vanitates: et dolos tota die meditabantur. Ego autẽ tanq̃ surd⁹ nõ audiebã: et sicut mut⁹ nõ apiẽs os suũ. Et factus sum sicut hõ nõ audiẽs: et nõ hñs i ore suo redargutiões. Qm̃ in te dñe speraui: tu exaudies me dñe deus me⁹. Q ꝛ dixi neqñ super gaudeãt michi inimici mei: et dũ cõmouent̃ pedes mei sup me magna locuti sunt. Qm̃ ego in flagella parat⁹ sum: ꝛ dolor meus in cõspectu meo semp. Qm̃ iniq̃tatẽ meã annunciabo: et cogitabo pro pctõ meo. Inimici autem mei viuunt et ꝯfirmati sunt super me: et multiplicati sunt q̃ oderũt me inique. Qui retribuũt mala pro bonis detrahebãt michi: qm̃ seq̃bar bonitatem. Ne derelinquas me dñe de⁹ meus: ne discesseris a me. Intẽde in adiutorium meũ: dñe deus salutis mee. Gloria patri.

Psal. Miserere mei de⁹: scḋm magnã miam tuã. Et secũdũ multitudinẽ miserationũ tuarũ: dele iniq̃tatẽ meã. Amplius laua me ab iniq̃tate mea: et a pctõ meo mũda me. Qm̃ iniq̃tatẽ meã ego cognosco: et pctm̃ meũ ꝯtra me est semp. Tibi soli peccaui et malũ corã te feci: vt iustificeris in sermonibus tuis et vincas cũ iudicaris. Ecce eñi i iniq̃tatib⁹ ꝯcept⁹ sum: et i pctis cõcepit me mr̃ mea. Ecce eñi veritatẽ dilexisti: incerta et occulta sapientie tue manifestasti michi. Asperges me dñe hysopo et mũdabor: lauabis me et sup niuẽ dealbabor. Auditui meo dabis gaudiũ et letitiã: et exultabũt ossa humiliata. Auerte faciem tuã a pctis meis: et oẽs iniq̃tates meas dele. Cor mũdũ crea in me de⁹: et spm̃ rectũ innoua i visceribus meis. Ne piicias me a facie tua: et spm̃ sanctũ tuũ ne auferas a me. Redde michi letitiã salutaris tui: et spũ pricipali ꝯfirma me. Docebo iniquos vias tuas: et ipii ad te cõuertent̃. Libera me de sanguinibus deus deus salutis mee: ꝛ exultabit lingua mea iustitiã tuã. Dñe la-

bia mea apies: et os meũ annũciabit laudẽ tuam. Quõ si voluisses sacrificiũ dedissẽ: vtiq holocaustis non delectaberis. Sacrificiũ deo spũs cõtribulat⁹: cor ꝯtritũ ꝛ hũiliatũ de⁹ non despicies. Benigne fac dñe in bona volũtate tua sion: vt edificentur muri hierl'm. Tũc acceptabis sacrificiũ iustitie oblationes ꝛ holocausta: tũc imponẽt super altare tuũ vitulos. Gloria.

Ps. cj. Domine exaudi orõnẽ meã: et clamor me⁹ ad te veniat. Non auertas faciẽ tuã a me: in quacũq die tribulor iclina ad me aurẽ tuã. In quacũq die inuocauero te: velociter exaudi me. Quia defecerũt sicut fum⁹ dies mei: ꝛ ossa mea sicut cremiũ aruerũt. Percussus sũ vt fenũ et aruit cor meũ: qꝛ oblit⁹ sũ comedere panẽ meũ. A voce gemitus mei: adhesit os meũ carni mee. Similis fact⁹ sũ pellicano solitudis: factus sũ sicut nycticorax in domicilio. Uigilaui: et fact⁹ sũ sicut passer solitari⁹ in tecto. Tota die exprobrabant michi inimici mei: et q laudabant me aduersum me iurabãt. Quia cinerẽ tãq panẽ mãducabam: et potũ meũ cũ fletu miscebã. A facie ire indignationis tue: qꝛ eleuãs allisisti me. Dies mei sicut vmbra declinauerunt: et ego sicut fenum arui. Tu autẽ dñe in eternũ pmanes: et memoriale tuũ in gñatiõe et gñationẽ. Tu exurgẽs miserebe ris sion: qꝛ tps miserẽdi eius qꝛ venit tps. Quõ placuerũt seruis tuis lapides ei⁹: ꝛ t're ei⁹ miserebunt. Et timebunt gentes nomen tuũ dñe: ꝛ oẽs reges terre gloriã tuã. Quia edificauit dñs sion: ꝛ videbit in gl'ia sua. Respexit in orationẽ humiliũ: ꝛ non spreuit precẽ eorũ. Scribant hec in gñatiõe altera: et pp'ls qui creabit laudabit dñm. Quia pspexit de excelso sancto suo: dñs de celo in terram aspexit. Ut audiret gemit⁹ cõpeditorũ: vt solueret filios interemptor. Ut annũcient in sion nomẽ dñi: et laudẽ ei⁹ i hierl'm. In ꝯueniẽdo pp'los in vnum: ꝛ reges vt seruiant dño. Rñdit ei in via virtutis sue: paucitatẽ dierũ meorũ nuncia michi. Ne reuoces me in dimidio dierũ meorũ: in gñatiõe et gñationẽ anni tui. Initio tu dñe terrã fundasti: et opa manuũ tuarũ sunt celi. Ipsi peribunt tu aũt pmanes et oẽs sicut vestimentum veterascẽt Et sicut opertoriũ mutabis eos et mutabunt: tu aũt idẽ ipse es et anni tui non deficient. Filij seruorũ tuorũ habitabunt: et semen eorũ in seculum dirigetur. Gloria.

De pfundis clamaui ad te dñe: dñe exaudi vocẽ meã. Psal. cxxix. Fiãt aures tue intẽdẽtes: i vocẽ depcatiõis mee. Si iniqtates obseruaueris dñe: dñe qs sustinebit. Quia apd te ppitiatio est: et ppter legẽ tuã sustinui te domine. Sustinuit aia mea in verbo ei⁹: sperauit aia mea in dño. A custodia matutina vsq ad noctẽ: spet isrl' in dño. Quia apd dñm mia: et copiosa apd eũ redẽptio. Et ipse redimet isrl': ex oibus iniqtatibus eius. Gl'ia.

Domine exaudi orõnẽ meã Psal. cxlij. aurib⁹ pcipe obsecrationẽ meã: in veritate tua exaudi me in tua iustitia. Et nõ intres in iudiciũ cũ seruo tuo: qꝛ non iustificabitur in cõspectu tuo oĩs viuẽs. Quia

persecut⁹ est inimicus aīam meā: hūiliauit ī terra vitā meā. Collocauit me in obscuris sicut mortuos scl'i: ⁊ anxiatus est sup me spūs meus/ in me turbatū est cor meū. Memor fui dierū antiquorū/ meditat⁹ sum in oīb⁹ operib⁹ tuis: in factis manuū tuarū meditabar. Expandi manus meas ad te: aīa mea sicut tra sine aqua tibi. Velociter exaudi me dn̄e: defecit spūs meus. Nō auertas faciem tuā a me: et similis ero descendētibus in lacum. Auditā fac michi mane miam tuā: q2 in te speraui. Notā fac michi viā in qua ambulē: quia ad te leuaui aīam meā. Eripe me de inimicis meis dn̄e ad te cōfugi: doce me facere volūtatē tuam/ q2 deus me⁹ es tu. Spūs tu⁹ bonus deducet me in terrā rectam: ꝑpter nomē tuum dn̄e viuificabis me in equitate tua. Educes de tribulatione aīam meā: ⁊ in mia tua disp des oēs inimicos meos. Et pdes oēs q̄ tribulāt aīam meā: qm̄ ego seruus tuus sum. Gloria pr̄i. An. Ne reminiscaris dn̄e delicta nr̄a vel parētū nr̄orū neq3 vindictā sumas de pctis nr̄is. Kyrie eleison. Xp̄e eleison. Kyrie el. Pr̄ noster. Et hec oīa sine nota dn̄r tā a sacerd. q̄ a toto choro (puero interim tenēte vexillū cilicinū prope sinistrū cornu altaris). Deinde erigat se sacerdos cum diacono et subdiaco. et solus dicat sup pplm conuersus ad orientē corā dextro cornu altaris: hoc mō. Et ne nos inducas in tētationē. Chor⁹ rn̄deat. Sed libera nos a malo. Saluos fac seruos tuos ⁊ ancillas tuas. De⁹ meus sperantes in te. Mitte eis dn̄e auxilium de sācto. Et de sion tuere eos. Conuertere dn̄e vsq3quo. Et deprecabilis esto sup seruos tuos. Adiuua nos deus salutaris nr̄. Et ꝑpter gloriam noīs tui dn̄e libera nos: ⁊ ꝓpitius esto pctis nr̄is ꝑpt nomē tuum. Dn̄e exaudi. Et clamor. Dn̄s vobiscū. Et cum spiritu tuo. Oremus.

Exaudi q̄s dn̄e preces nr̄as ⁊ cōfitētiū tibi parce pctis: vt quos ↄsciētie reat⁹ accusat/ indulgētia tue miserationis absoluat. Per xp̄m. R. Amē. Et oēs oratiōnes dicant cū Orem⁹. ⁊ finiantur more lec. Nō dicit Dn̄s vobiscū. nisi ante p̄mā orationē tantum. Alia oratio cum Oremus. Oro.

Adsit q̄s dn̄e famulis tuis inspiratio gr̄e salutaris: q̄ corda eorū fletuum vbertate resoluat: sicq3 macerādo cōficiat vt iracūdie tue mot⁹ idonea satisfactione cōpescat. Per xp̄m. Orem⁹. or.

Da q̄sumus dn̄e deus noster his famulis tuis continuā purgationis sue obseruātiam penitēdo gerere: et vt hoc efficaciter implere valeant/ gr̄a eos tue visitationis ⁊ preueniat et subsequatur. Per xp̄m. Oremus. Oratio.

PReueniat hos famulos tuos q̄s dn̄e mia tua: vt oms iniquitates eorū celeri indulgētia deleant. Per xp̄m. Orem⁹ Oro.

Adesto dn̄e supplicatiōib⁹ nr̄is: nec sit ab his famulis tuis clemētie tue lōginqua miseratio. Sana vulnera eorūq3 remitte pctā: vt nullis a te iniq̄tatibus separati: tibi dn̄o semp valeāt adherere. Per xp̄z. Orem⁹. Oro.

Domine de⁹ nr̄/ q̄ offensiōe nr̄a non vinceris/ sed satisfactione placaris: respice q̄s super famulos tuos qui se tibi grauiter

peccasse cōfitentur: tuū est enī absolutionē criminū dare/ et veniam prestare peccātibus: q̄ dixisti penitētiā te male pctōꝝ q̄ mortē. Cōcede ergo dn̄e his famulis tuis vt tibi penitētie excubias celebrent: et correctis actibus suis conferri sibi a te sempiterna gaudia gratulentur. Per xp̄m. Oremus. Orō.

DEus cuius indulgētia oīs homo indiget: memēto famulorū famularūq; tuarū. Et q2 lubrica terrenaq; corporis fragilitate nudati virtute in multis deliquerūt: q̄s vt des veniā cōfitentibus/ parcas supplicib9: vt q̄ suis meritis accusant: tua miseratione saluent. Per xp̄m. Hic nō dicit Dn̄s vobiscū. neq; Oremus. sed vertat se sacerdos ad populū et extēdēs manum dicat super eos sine nota: sed in audientia hoc modo.

ABsoluim9 vos vice beati petri apl̄orū principis: cui collata est a dn̄o potestas ligandi atq; soluendi. Et q̄tū ad vos pertinet accusatio et ad nos remissio: sit vobis oīpotēs de9 vita et salus et oīm peccatorū vestroꝝ pius indultor. Qui viuit et regn̄. cum deo p̄re. Hic surgant omnes a prostratione osculantes terrā vel formulas sacerdote dicente Qui viuit. Deīde fiat bn̄dictio cinerum sine Dn̄s vobiscum et sine Oremus. sacerd̄. ad orientē conuerso. Orō.

OMps sempiterne de9 q̄ misereris oīm et nichil odisti eorū q̄ fecisti/ dissimulās pctā hoīm ppter penitētiā: q̄ etiā subuenis i necessitate laborātib9/ bn̄ ✠ dicere et sācti ✠ ficare hos cineres dignare: quos causa humilitatis et sancte religionis ad emundanda delicta nr̄a: sup capita nr̄a more niniuitaꝝ ferre cōstituisti. Et da p inuocationē sancti tui nois vt oēs q̄ eos ad dep̄candā miam tuā sup capita sua tulerint: a te mereant oīm delictoꝝ suorū veniā pcipere: et hodie sic sua sctā inchoare ieiunia: vt in die resurrectiōis purificatis mentib9 ad sanctū mereant accedere pascha: et in futuro ppetuā accipe gl̄iaꝫ. Per. Hic aspgat aqua bn̄dicta sup cineres. Deinde dr̄ Dn̄s vobiscū. et Oremus. Or.

DEus q̄ nō mortē s3 penitētiā desideras pctōꝝ/ fragilitatē cōditionis hūane benignissime respice: et hos cineres quos causa preferēde humilitatis atq; pmerēde venie capitibus nr̄is imponi decreuim9/ bn̄ ✠ dicere et sācti ✠ ficare pro tua pietate digneris: vt qui nos cineres esse monuisti: et ob prauitatis nr̄e meritū in puluerē reuersuros cognoscim9/ pctōꝝ oīm veniā et p̄mia penitētibus repromissa misericordit cōseq̄ mereamur. Per. Postea distribuant cineres sup capita clericorū et laicoꝝ icipi. a dignio. pso. faciēdo signū crucis cū cinerib9/ et dicēdo.

Memento homo q2 cinis es: et in cinerem reuerteris. In noīe p̄tis et filij et sp̄ussctī. Amē. Et interim cantent sequētes āe. Exaudi dn̄e q̄m benigna est mia tua: scd̄m multitudinem miserationū tuarū respice nos dn̄e. Ps. Saluū me fac de9: q̄m intrauerūt aq̄ vsq; ad aīam meā. Nō dr̄ nisi prim9 v. p̄i/ s3 stati sequat Gloria p̄ri. Deīde repetat ān. Exaudi. Alia aña. Iuxta vestibulū et altare plorabant sacerdotes et leuite ministri dn̄i dicētes: parce

Psal. lxviij.

Johel ii. D

domine parce populo tuo: et ne dissipes ora clamantiū ad te dñe. Alia. añ. Immutemur habitu in cinere et cilicio: ieiunem⁹ et ploremus ante dominum: q2 multū misericors est dimittere pctā nr̄a deus nr̄.

Peracto hoc officio dicat sacerd. ad gradum cho. Dñs vobiscū. Et cū spiritu tuo. Oremus. Oratio.

Deus q iuste irasceris et clemēter ignoscis: afflicti populi tui lachrymas suscipe / et irā tue indignatiōis quā iuste meret̄ ppitiatus auerte. Per xp̄m dñm nostrū. Alia oratio cū Oremus.

Concede nobis q̄s dñe presidia militie xp̄iane sic sāctis inchoare ieiunijs: vt contra spūales neq̄tias pugnaturi / cōtinētie muniamur auxilijs. Per. Eiectis penitētib⁹ vt patet in pcessionali icipiat̄ missa hoc modo. Officiū.

Sap. xi. D Isereris oīm dñe et nichil odisti eorū q̄ fecisti: dissimulans pctā hoīm ppter penitētiam et parcens illis: q2 tu es dñs deus nr̄. ps.

ps. lvj. Miserere mei de⁹ miserere mei: qm̄ in te confidit aīa mea. Non repetat̄ offm̄. sed statim sequat̄ Gloria pr̄i. Dicto Kyrie eleisō. sacerdos dicat Dñs vobiscū. et Oremus. Et postea dicat diaconus Flectamus genua. et tunc oēs genuflectāt. deinde diacono dicente sic Leuate. surgant oēs osculantes formulas. Orō.

Presta q̄s dñe fidelib⁹ tuis: vt ieiunioꝝ venerāda solennia / et cōgrua pietate suscipiant: et secura deuotione percurrāt. Per. Ab hac die vsq3 ad cenā dñi / in oībus missis de ieiu. fiat mēo. p penitētib⁹ cū hac orone Exaudi q̄s dñe sup. vt pt3 in fine libri. Hac die et trib⁹ dieb⁹ seq̄n. dnq3 dr̄ orones sicut i prima do. aduē. supradictum est. ¶ Lctō Johel. pphete.

ii. c Hec dicit dñs deus. Cōuertimini ad me in toto corde vestro: in ieiunio et fletu et plāctu: et scindite corda vr̄a / et non vestimēta vr̄a. Et conuertimini ad dñm deū vestrū: q2 benignus et misericors est / patiēs et multe mie / et prestabilis sup malitia. Quis scit si cōuertat̄ et ignoscat deus: et relinquat post se būdictionē: Sacrificiū et libamen: dño deo nr̄o. Canite tuba in sion: sctificate ieiuniū / vocate cetū / cōgregate ppl'm / sctificate ecclesiā. Coadunate senes: congregate paruulos et sugentes vbera. Egrediatur sponsus de cubili suo: et sponsa de thalamo suo. Inter vestibulum et altare plorabūt sacerdotes et ministri dñi: et dicent. Parce dñe parce ppl'o tuo: et ne des hereditatē tuam in opprobriū / vt dominētur eis nationes. Quare dicūt in ppl'is: vbi est de⁹ eorū / zelat⁹ est dñs terrā suā / et pepercit ppl'o suo. Et respondit dñs et dixit ppl'o suo. Ecce ego mittā vobis frumentū et vinū et oleum / et replebimini in eis: et non dabo vos vltra opprobriū in gentibus. Dicit dñs: oīps. Gr. Miserere mei deus miserere mei: qm̄ in te confidit anima mea. ps. lvj. V. Misit de celo et liberauit me: dedit in opprobrium conculcantes me.

Chorus alternatim dicat tractū.

p. cii. Domine non scdm̄ peccata nr̄a q̄ fecimus nos: neq3 scdm̄ iniquitates nr̄as retribuas nobis. V. Domine ne memineris iniq̄tatū nr̄arū antiquarū: ps. lxxviij. cito anticipent nos mie tue / quia paupes facti sumus nimis. Hic nō fiat genu-

p.lxx. viij. flexio cũ dr ỽ⁹. Adiuua nos deus salutaris noster: et propter gloriam nois tui dñe libera nos / et ppiti⁹ esto pctis nris ppter nomẽ tuum. Iste tr. dr oi scda feria et vj. fer. ad missam de ieiuñ. vsq ad cenã dñi. Scdm matheũ.

vi.B In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis. Cum ieiunatis: nolite fieri sicut hypocrite tristes. Exterminant eñ facies suas: vt appareãt hoib⁹ ieiunãtes. Amen dico vobis: qr receperunt mercedẽ suã. Tu autẽ cũ ieiunas vnge caput tuũ & faciẽ tuã laua: ne videaris hoib⁹ ieiunãs / sz pri tuo q est i abscondito. Et pr tuus q videt in abscõdito: reddet tibi. Nolite thesaurizare vobis thesauros i tra: vbi erugo et tinea demolit / et vbi fures effodiũt et furant. Thesaurizate aũt vobis thesauros i celo: vbi nec erugo nec tinea demolit / et vbi fures non effodiunt neq furant. Ubi eñ est thesaurus tuus: ibi est et cor tuũ. Offr. Exaltabo te dñe qm suscepisti me: nec delectasti inimicos meos super me / domine clamaui ad te et sanasti me. ỽ⁹. Domine abstraxisti ab inferis animam meam: saluasti me a descendentibus in lacum. Secreta.

Psal. xxix.

Hac nos dñe qs his muneribus offerẽdis cõuenienter aptari: quibus ipsius venerabilis ieiunij celebram⁹ exordium. Per. Prefatio. Qui corporali ieiunio. Hec prefa. dicit in oi missa de ieiunio vsq ad cenã dñi. et Flectamus genua Leuate. et Humiliate capita vestra deo. Cõio. Qui meditabitur in lege domini die ac nocte: dabit fructum suum in tempore suo. Postcõio.

psal. j.

Percepta nobis dñe pbeant sacramenta subsidiũ: vt et tibi grata sint nra ieiunia: et nobis proficiãt ad medelã. Per dñz. Finitis postcõionib⁹ preter illã q dicet sup ppłm sic. Per oia scła seculorũ. R. Amen dicat sacer. Oremus deinde dicat diaco. Hũiliate capita vra deo. Sup ppłm. Oro.

Inclinãtes se dñe maiestati tue ppitiatus intẽde: vt q diuino munere sũt refecti celestibus semp nutriant auxilijs. Per. et sic missa cũ Bñdicam⁹ dño finatur.

¶ Feria. v. post cineres. Officiũ.



Cum clamarem ad dñm exaudiuit vocem meam ab his q appropinquãt michi: & humiliauit eos qui est ante secula & manet in eternum: iacta cogitatũ tuũ in dño: et ipse te enutriet. ps. Exaudi deus orationem meam / et ne despexeris deprecationem meam: intẽde michi & exaudi me. Gloria patri. Dũ cla. Oremus. Flectamus genua Leuate. Oratio. p.liiij.

Deus q culpa offenderis penitẽtia placaris / preces populi tui supplicãt ppiti⁹ respice: et flagella tue iracundie q p pctis nris meremur / propitiatus auerte. Per dñm. Lectio esaie pphete.

In diebus illis. Egrotauit ezechias vsq ad mortem: et introiuit ad eũ esaias fili⁹ amos ppheta / et dixit ei. Hec dicit dñs. Dispone domui tue: qr morieris tu: et nõ viues. Et cõuertit ezechias faciẽ suã ad parietẽ: et orauit ad dñm et dixit. Obsecro dñe memẽto qso quõ ambulauerim corã te i veritate & in corde pfecto: et qd bonũ est in oculis tuis fecerim. Et fleuit ezechias: fletu magno. Et factũ est verbũ dñi ad esaiã pphe- xxxviii. A

tā: dicēs. Uade: et dic ezechie. Hec dicit dñs deus dauid pris tui. Audiui orationem tuā: et vidi lachrymas tuas. Ecce ego adijciā super dies tuos quindecim annos: et de manu regis assyriorū eruam te/ et ciuitatē istam/ et ptegā eā. Dicit dñs: oīpotēs. Gr. Jacta cogitatum
p. liiij. tuum in dño: et ipse te enutriet. V. Dum clamarē ad dñm: exaudiuit vocē meam ab his qui appropinquant michi. Repetatur grad. Secūdum Matheū.
viii. A In illo tpe. Cū introisset iesus capharnaū: accessit ad eum cēturio rogans eū/ et dicens. Dñe puer me⁹ iacet i domo paralyticus: et male torquet. Et ait illi iesus. Ego veniam: et curabo eū. Et respōdens centurio: ait. Dñe/ non sum dign⁹ vt intres sub tectū meū: sed tantū dic vbo/ et sanabit puer meus. Nā et ego hō sum sub potestate ɔstitut⁹: habens sub me milites. Et dico huic vade et vadit: et alio veni et venit: et seruo meo fac hoc et facit. Audiens aūt iesus mirat⁹ est: et sequētib⁹ se dixit. Amē dico vobis: nō inueni tātā fidē in isrl. Dico autē vobis q multi ab oriēte et occidēte veniēt: et recumbent cū abrahā isaac et iacob in regno celorū. Filij autē regni: eijcientur in tenebras exteriores. Ibi erit flet⁹: et stridor dentiū. Et dixit iesus centurioni. Uade/ et sicut credidisti: fiat tibi. Et sanatus est puer: in illa hora. Offr. Ad te dñe leuaui aīam meam: deus me⁹
Psal. in te confido non erubescā/ neq irrideant
xxiiii. me inimici mei: etenī vniuersi qui te expectāt nō cōfundent. V. Dirige me in veritate tua et doce me: quia tu es de⁹ salutaris me⁹ et te sustinui tota die. Secreta.

Offerim⁹ tibi dñe munera q dedisti: vt et creationis tue circa mortalitatē nostrā testificētur auxiliū: et remediū nobis immortalitatis operent. Per. Prefa. Qui corpo. ieiu. Cōio. Acceptabis psal. sacrificium iustitie oblationes et holocausta super altare tuū dñe. Postcōio.

Concede fidelibus tuis dñe qs et sine cessatiōe cape paschalia sacramēta: et desiderāter expectare vētura: vt in mysterijs qb⁹ renouati sunt pmanentes/ ad nouā vitā his operib⁹ pducātur. Per. Sup ppłm. Oremus. Humiliate capita vestra deo. Oratio.

Parce domine parce populo tuo: vt dignis flagellationib⁹ castigatus/ in tua miseratione respiret. Per dñm. ¶ Feria. vj. in capite ieiunij. Ad missā. Offm.

Audiuit dñs et misertus est michi: dñs factus est adiutor meus. Ps. Exal- p. xx. tabo te dñe qm suscepisti me: nec delectasti inimicos meos super me. Gloria patri. Audiuit domin⁹ Kyrie eleison. Oremus. Flectamus genua Leuate. Oratio.

Inchoata ieiunia qs dñe benigno fauore psequere: vt obseruātiā quā corporalit exhibem⁹/ mentib⁹ etiā sinceris exercere valeam⁹. Per. Lctō esaie prophete.

Hec dicit dñs deus. Clama lviii. A ne cesses: quasi tuba exalta vocē tuā. Et annuncia pplo meo scelera eorū: et domui iacob pctā eorum. Me etenim de die in diē qrūt/ et scire vias meas volūt: quasi gēs que iustitiā fecerit/ et que iudiciū dei sui nō dereliquerit. Rogāt me iudicia iustitie: et appropinquare

deo volunt. Quare ieiunauimus et nō aspexisti: humiliauim⁹ aīas nr̄as et nescisti: Ecce in die ieiunij vestri inueniť voluntas vr̄a: et oēs debitores vr̄os repetitis. Ecce ad lites et cōtentiōes ieiunatis: et pcu titis pugno ipie. Nolite ieiunare sicut vsq; ad hanc diē: vt audiať in excelso clamor vester. Nunqd tale est ieiuniū qd elegi/ per diē affligere hoīem aīam suā: Nunqd cōtorquere quasi circulum caput suū: et saccū et cinerē sternere: Nunquid istud vocam ieiunium: et diē acceptabilē dn̄o: Nōne hoc est magis ieiuniū qd elegi. Dissolue colligationes ipietatis: solue fasciculos deprimētes. Dimitte eos q cōfracti sunt liberos: et oē onus dirūpe. Frāge esurienti panē tuum: et egenos vagosq; induc i domū tuam. Cū videris nudū operi eum: et carnē tuā ne despexeris. Tunc erūpet quasi mane lumen tuū: et sanitas tua citi⁹ orieť. Et āteibit faciē tuā iustitia tua: et gl̄ia dn̄i colliget te. Tunc inuocabis et dn̄s exaudiet: clamabis/ et dicet ecce assum. Qr misericors sum: dn̄s de⁹ tu⁹. Gr.

Psal. xxvi. Unā petij a dn̄o hāc reqrā: vt inhabitem in domo dn̄i. ℣. Ut videā volūtatem dn̄i et ptegar a tēplo sancto ei⁹. Tractus.

Ps. lxx viij. Domine non scd̄m petā nr̄a q fecimus nos: neq; scd̄m iniquitates nr̄as retribuas nobis. ℣. Domie ne memineris iniqtatū nr̄arū antiquarū: cito anticipēt nos mīe tue/ quia pauperes facti sumus nimis. Hic non fiat genuflexio cum dicitur ℣. Adiuua nos deus salutaris noster: et propter gloriā nominis tui dn̄e libera nos/ et propitius esto peccatis nostris ppter nomen tuū.

Euangelium. Scd̄m matheum.



In illo tp̄e. Dixit ies⁹ discipulis suis. Audistis: qr dictū est. Diliges primum tuū: et odio habebis inimicū tuū. Ego autē dico vobis. Diligite inimicos vr̄os/ bn̄facite his q oderunt vos/ et orate pro persequētib⁹ et calumniātib⁹ vos: vt sitis filij patris vr̄i qui in celis est. Qui solē suum oriri facit sup bonos et malos: et pluit sup iustos et iniustos. Si eni diligitis eos qui vos diligūt: quā mercedē habebitis: Nōne et publicani hoc faciūt: Et si salutaueritis fratres vr̄os tantū: qd amplius facitis: Nōne et ethnici hoc faciūt: Estote ergo et vos pfecti: sicut et pr̄ vester celestis pfect⁹ est. Attēdite ne iustitiā vestrā faciatis corā hoībus vt videamini ab his: alioquin mercedē non habebitis apud patrem vestrum q in celis est. Cū ergo facis elemosynā: noli tuba canere ante te sicut hypocrite faciūt i synagogis et in vicis: vt honorificenť ab hoīb⁹. Amē dico vobis: receperūt mercedē suā. Te autem faciēte elemosynam: nesciat sinistra tua qd faciat dextera tua/ vt sit elemosyna tua in abscondito. Et pr̄ tuus qui videt in abscōdito: reddet tibi. Et cū oratis nō eritis sicut hypocrite qui amāt in synagogis et in angulis platearum stātes orare: vt videanť ab hoībus. Amē dico vobis: receperūt mercedē suā. Tu aūt cū oraueris/ intra in cubiculū tuū: et clauso ostio ora patrē tuum

Psal. cxviii. in abscōdito. Et pr̄ tu⁹ q̄ videt in abscōdito: reddet tibi. Offer. Dn̄e viuifica me scd̄m eloquiū tuū: vt sciam testimonia tua. V. Fac cū seruo tuo domine scd̄m magnā miām tuā: et ne auferas de ore meo verbum veritatis. Secreta.

Sacrificiū dn̄e obseruantie quadragesimalis offerim⁹: presta q̄s vt et tibi m̄tes nostras reddat acceptas/ et ↄtinētie prompti oris nobis tribuat facultatē. Per. Cōio. Seruite dn̄o in timore: et exultate ei cū tremore/ apprehendite disciplinā ne peatis de via iusta. Postcōio.

ps. ii.

Tribue nobis q̄s oīpotens deus/ vt dona celestia q̄ debito frequētamus obsequio: salutaria nobis iugiter sētiam⁹. Per do. Sup ppl'm. Oremus. Humiliate capita vestra deo. Oratio.

Tuere dn̄e populum tuū/ et ab oībus peccatis clementer emunda: quia nulla ei nocebit aduersitas: si nulla dominet iniquitas. Per do. ¶ Sabbato post cineres. Ad missam. Officium.

p̄. xxix



Audiuit domin⁹ et misert⁹ est michi: dn̄s factus est adiutor me⁹. p̄s. Exaltabo te dn̄e q̄m suscepisti me: nec delectasti inimicos meos sup me. Glīa pr̄i. Audiuit dominus. Oremus. Flectam⁹ genua Leuate. Oratio.

Adesto dn̄e supplicationibus nr̄is: et concede vt hoc solenne ieiuniū q̄d aīabus corporibusq̄ curandis salubriter institutū est/ deuoto seruitio celebremus Per dn̄m. Lectio esaie prophete.

lviii. C

Hec dicit dn̄s. Si abstuleris de medio tui catenam: et desieris digitū extēdere: et loq̄ q̄d non prodest. Cū effuderis esurienti aīam tuā/ et aīam afflictam repleueris: orietur in tenebris lux tua/ et tenebre tue erūt sicut meridies. Et requiē dabit tibi dn̄s de⁹ tu⁹ semper: et iplebit splēdorib⁹ aīam tuā/ et ossa tua liberabit. Et eris quasi hortus irrigu⁹: et sicut fons aquarū cuius nō deficiēt aque. Et edificabunt in te deserta seculorū: fundamēta generationis et gn̄atiōis suscitabis. Et vocaberis edificator sepiū: auertens semitas iniquitatū. Si auerteris a sabbato pedē tuū facere volūtatē tuam in die scō meo: et vocaueris sabbatū delicatū et sanctum dn̄i gloriosum/ et glorificaueris eū: dū non facis vias tuas/ et non inuenit voluntas tua vt loquaris sermonē tunc delectaberis super dn̄o/ et sustollā te super altitudinē terre/ et cibabo te hereditate iacob pr̄is tui. Os enim domini: locutum est hec. Ait dn̄s: oīps. Gra. Unam petii a domino hanc requiram: vt inhabitē in domo domini. V. Ut videam voluntatem domini: et protegar a templo sancto eius. Psal. xxvi.

Euange. Secundum Marcum.



vi. f

In illo tp̄e Cum sero esset factū erat nauis in medio mari: et iesus solus in t'ra. Et vidit discipl'os suos laborātes in remigando: erat eīn ventus cōtrarius eis. Et circa quartā vigiliā noctis/ venit ad eos ābulās sup mare: et volebat preterire eos. At illi vt viderūt eū supra mare ambulantem: putauerunt fantasma

esse: et exclamauerunt. Omnes tñ eũ viderũt: et cõturbati sunt. Et statim locutus est eis: et dixit illis. Confidite/ego sum: nolite timere. Et ascendit ad illos in nauim / et cessauit ventus: et plus magis intra se stupebant. Nõ enim intellexerunt de panibus: erat eñi cor illorũ obcecatum. Et cum trãsfretassent: venerunt ĩ terrã genezareth/ et applicuerũt. Cũq; egressi essent de naui: cõtinuo cognouerũt eum. Et percurrẽtes vniuersam regionẽ illam: ceperunt in grabatis eos qui se male habebant circunferre vbi audiebãt eum esse. Et quocũq; introibat in vicos / vel in villas/ aut ciuitates: in plateis ponebant infirmos / et deprecabantur eũ vt vel fimbriã vestimenti eius tangerent. Et quotquot tangebant eũ:
Psal. saluí fiebãt. Offer. Dñe viuifica me se
cxviij. cundum eloquium tuũ: vt sciam testimonia tua. ℣. Da michi intellectũ vt discã mandata tua: et voluntaria oris mei fac michi in bñplacito tuo dñe. Secreta.

PRepara nos dñe q̃s huius votiuis abstinentie officiis: vt hec sacrificia venerãda sobriis semp mentibus celebremus. Per. Prefa. Qui corporali ieiu. Cõio.
ps. ii. Seruitẽ dño in timore et exultate ei cum tremore: apprehendite disciplinam / ne pereatis de via iusta. Postcõio.

CElestis vite munere vegetati q̃s domine de⁹ noster: vt qđ est nobis in presenti vita mysteriũ/ fiat eternitatis auxiliũ. Per. Super populum. Orem⁹. Humiliate capita vestra deo. Oratio.

HAc nos quesumus dñe salutis nostre causas: & deuocius semper frequentare seruitiis: & deuotius recolere principaliter inchoatas. Per dominum nostrum.

¶ Dominica prima quadragesime. Ad missam. Officium.



INuocauit me et ego exaudiã eũ/ eripiam eũ/ & glorificabo eum: longitudine dierum adimplebo eum. ps. Qui habitat in adiutorio altissimi: in protectione dei celi commorabitur. Inuocauit. Gloria patri. Inuocauit. Kyrie eleison. Oratio. ps. xc.

DEus q̃ ecclesiam tuã ãnua quadragesimali obseruatione purificas: presta familie tue vt qđ a te obtinere abstinendo nititur: hoc bonis operibus exequat. Per dñm. Epla. Ad corinthios.

FRatres. Hortamur vos: ne in vacuum gratiam dei recipiatis. Ait eñi. Tẽpore accepto exaudiui te: et in die salutis adiuui te. Ecce nunc tempus acceptabile: ecce nunc dies salutis. Nemini dãtes vllam offensionẽ: vt non vituperetur ministerium nostrũ. Sed in omnibus exhibeam⁹ nosmetipsos: sicut dei ministros. In multa patientia / in tribulationibus/ in necessitatibus/ in angustiis / in plagis/ in carceribus/ in seditionibus/ in laboribus/ in vigiliis in ieiuniis/ in castitate / in scientia / in lõganimitate/ in suauitate/ in spiritu sancto / in charitate nõ ficta/ in verbo veritatis / in virtute dei. Per arma iustitie/ a dextris et a sinistris. Per gloriam et ignobilitatem: per infamiã et bonam famã. Ut seductores: et veraces. Sicut qui ignoti: et cogniti. Quasi morientes: et ecce viuimus. Ut castigati: & non mortificati. Quasi tri ii. vi. A

stes:semp autē gaudentes. Sicut egentes:multos autē locupletantes. Tanq̄ nichil habentes:et oia
ps.xc. possidētes. Gr. Angelis suis mandauit de te:vt custodiāt te in oib⁹ vijs tuis.
℣. In manib⁹ portabūt te:ne vnq̄ offendas ad lapidē pedem tuum. Tractus.
ps.xc. Qui habitat in adiutorio altissimi:in protectiōe dei celi commorabitur. ℣. Dicet dño susceptor meus es tu:et refugiū meum deus meus sperabo in eum. ℣⁹. Quoniam ipse liberauit me de laqueo venantium: et a verbo aspero. ℣⁹. Scapulis suis obūbrabit tibi:et sub pennis eius sperabis. ℣⁹. Scuto circundabit te veritas eius:non timebis a timore nocturno. ℣⁹. A sagitta volante per diem a negocio perābulante in tenebris: a ruina et demonio meridiano. ℣⁹. Cadent a latere tuo mille et decē milia a dextris tuis: tibi autem non appropinquabit. ℣. Qm angelis suis mandauit de te vt custodiant te in omnib⁹ vijs tuis. ℣. In manibus portabunt te:ne vnq̄ offendas ad lapidem pedem tuum. ℣. Super aspidē et basiliscū ambulabis:et conculcabis leonem et draconem. ℣. Quoniam in me sperauit liberabo eum: protegam eum quoniam cognouit nomē meum. ℣. Inuocauit me et ego exaudiam eum: cū ipso sum in tribulatione. ℣. Eripiā eū et glorificabo eū:longitudine dierum adimplebo eū/et ostendam illi salutare meū.
Euangeliū. Secūdum Matheū.
iiij. A.



In illo tp̄e. Duct⁹ est iesus i desertum a spū vt tentaret a diabolo. Et cū ieiunasset quadragita dieb⁹ et quadraginta noctib⁹ postea esuriit. Et accedens tētator:dixit ei. Si filius dei es: dic vt lapides isti panes fiant. Qui respōdēs:dixit. Scriptum est. Nō in solo pane viuit hō:sed in oī verbo qđ pcedit de ore dei. Tunc assūpsit eū diabol⁹ in sctā ciuitatē:⁊ statuit eū supra pinnaculum templi/⁊ dixit ei. Si fili⁹ dei es:mitte te deorsum. Scriptū est eni:q: angelis suis mandauit de te:et in manibus tollēt te:ne forte offendas ad lapidē pedē tuū. Ait illi iesus rursum. Scriptū est. Nō tentabis dñm deū tuū. Iterū assūpsit eū diabol⁹ in montē excelsum valde: et ostendit ei oia regna mūdi ⁊ gl'iam eorū:⁊ dixit illi. Hec oia tibi dabo: si cadēs adoraueris me. Tunc dixit ei iesus. Uade sathana. Scriptū est eni. Dñm deū tuum adorabis: et illi soli seruies. Tūc reliq̄t eū diabolus:et ecce angeli accesserūt:et ministrabant ei.
Offr. Scapulis suis obumbrabit tibi dñs:et sub pennis ei⁹ sperabis/scuto circundabit te veritas eius. Secreta. ps.
Sacrificium quadragesimalis initij solēniter immolamus te dñe deprecātes:vt cū epularū restrictione carnaliū/a noxijs quoq3 voluptatib⁹ tēpem⁹. Per.
Prefa. quotī. Cōio. Scapulis suis obūbrabit tibi et sub pēnis ei⁹ sperabis: scuto circūdabit te veritas ei⁹. Postcō. ps.
Tui nos dñe sacramenti libatio sctā restauret:et a vetustate purgatos/in misterij salutaris faciat trāsire cōsortiū. Per.
Fer.ij.post Inuocauit. Offm.
Sicut oculi seruorum in manib⁹ dominorū suorū: ita oculi nostri ad dominū deū nostrū donec mi- Psal. cxxij.

sereatur nostri: miserere nob3 domine miserere nobis. ps. Ad te leuaui oculos meos: q habitas in celis. Oremus Flectamus genua Leuate. Or.

Conuerte nos de9 salutaris nr: et vt nobis ieiuniu quadragesimale pficiat/mentes nras celestib9 istrue disciplinis. p d. Ab hac die vsq ad cena dni in oi missa de ieiunio dnr septem orones sicut in do.pria aduent9 dni supra dictu est. Lectio ezechielis prophete.

xxxiiij. C Hec dicit dns de9. Ecce ego ipse requiram oues meas: et visitabo illas sicut visitat pastor grege suum: in die quando fuerit in medio ouium suaru dissipataru. Sic visitabo oues meas: et liberabo eas de oibus locis in quibus disperse fuerant in die nubis et caliginis. Et educam eas de populis: et cogregabo eas de terris. Et inducā eas i terrā suam: et pascam eas in motibus israel: in riuis et in cunctis sedibus terre. In pascuis vberrimis pascam eas: et in montibus excelsis israel erunt pascue earu. Ibi requiescent in herbis virentibus: et in pascuis pinguib9 pascentur sup montes israel. Ego pascā oues meas: et ego eas accubare faciā dicit dns deus. Qd perierat requirā: et qd abiectum fuerat reducā. Et qd cofractu fuerat alligabo: et qd infirmu fuerat consolidabo: et qd pingue et forte/ custodiā. Et pascam illas: in iudicio et iustitia. Dicit dns omps. Gr. Protector noster aspice deus: et respice super seruos tuos. V9. Domine deus virtutum: exaudi preces seruorum tuorum. Tractus.

Psal. lxxxiii

ps cii. Domine non secundu peccata nostra que fecimus nos: neq secundum iniquitates nras retribuas nobis. V. Dne ne memineris iniqtatu nostraru antiquarum cito anticipent nos mie tue/quia pauperes facti sumus nimis. Hic non fiat genuflexio cum dr V. Adiuua nos deus salutaris noster: et propter gloriam nominis tui domine libera nos/et propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum. C Sequentia sancti euangelij: secundum matheu.



In illo tempore. Dixit ies9 discipulis suis. Cu venerit fili9 hois in maiestate sua et omnes angeli cu eo: tunc sedebit sup sedem maiestat3 sue. Et congregabunt ante eu oes gentes: et separabit eos ab inuice/ sicut pastor segregat oues ab hedis. Et statuet oues quidem a dextris: hedos autem a sinistris. Tuc dicet rex his q a dextris eius erunt Venite bndicti pris mei: possidete paratu vobis regnu a costitutioe mudi. Esuriui eni: et dedist3 michi manducare. Sitiui: et dedistis michi bibere. Hospes erā: et collegist3 me. Nud9: et operuistis me. Infirmus: et visitastis me. In carcere erā: et venistis ad me. Tunc respodebut ei iusti: dicetes. Dne/quando te vidimus esurientem et pauimus te: sitietem et dedim9 tibi potum? Quando aut te vidimus hospite et collegimus te: aut nudum et cooperuimus te? Aut quando te vidimus ifirmum/aut in carcere: et venimus ad te? Et respondens rex: dicet illis. Amen dico vobis: qdiu fecistis vni de his fratribus xxv. C

meis minimis: michi fecistis. Tūc dicet et his qui a sinistris eius erunt. Discedite a me maledicti in ignem eternū: qui paratus est diabolo / et angelis eius. Esuriui enim: et non dedistis michi manducare. Sitiui: et non dedistis michi potum. Hospes erā: et non collegistis me. Nudus: et non cooperuistis me. Infirmus / et in carcere: et non visitastis me. Tūc respōdebūt ei et ipsi: dicētes. Dn̄e / qn̄ te vidimus esuriētē / aut sitiētem / aut hospitē / aut nudū / aut infirmū / vel in carcere: et nō ministrauimus tibi. Tunc respondebit illis: dicens. Amen dico vobis: q̄diu non fecistis vni de minoribus his / nec michi fecistis. Et ibunt hi in suppliciū eternum: iusti autē in vitā eternam. Offr. Leuabo oculos meos et considerabo mirabilia tua domine / vt doceas me iustitiam tuā. da michi intellectum / vt discā mādata tua. V. Legem pone michi dn̄e et viam iustificationum tuarum exquiram / et in preceptis tuis exercebor. Secreta.

Psal. cxviij.

Accepta tibi sit dn̄e q̄s nr̄e deuotionis oblatio: q̄ et ieiuniū nostrū te operante sanctificet: et indulgentiam nobis tue consolationis obtineat. Per. Prefa. Qui corporali ieiunio. Cōio. Uoce mea ad dn̄m clamaui / et exaudiuit me de monte sancto suo. nō timebo milia populi circūdantis me. Postcōio.

Ps. iij.

Prosint nobis domine q̄s frequentata mysteria: que nos et a cupiditatibus terrenis expediant / et instruant amare celestia. Per dn̄m. Super populū. Humiliate capita vestra deo. Oratio.

Absolue q̄s dn̄e nostrorum vincula peccatorū: et quicquid pro eis meremur propitiatus auerte. Per dn̄m. ¶ Feria. iij. post Inuocauit. Ad missam. Officiū.

Domine refugium factus es nobis a generatiōe et pgenie: a seculo et in seculum tu es. Ps. Priusq̄ montes fierent / aut formaretur terra et orbis. Non dicitur vlterius. Oremus. Flectamus genua. Leuate. Oro.

Ps. [illegible]

Respice dn̄e familiā tuam: et presta vt apud te mens nostra tuo desiderio fulgeat / q̄ se carnis maceratione castigat. Per dominum. Lectio Esaie prophete.

In diebus illis. Locutus est esaias ppheta: dicens. Querite dn̄m dum inueniri potest: inuocate eum dum ppe est. Derelinquat impius viam suam: et vir iniquus cogitationes suas. Et reuertatur ad dn̄m / et miserebitur eius: et ad deū nostrum / qm̄ multus est ad ignoscendum. Nō enim cogitationes mee cogitationes vestre: neq̄ vie mee vie vestre / dicit dominus. Quia sicut exaltantur celi a terra: sic exaltate sunt vie mee a vijs vestris / et cogitationes mee a cogitationibus vestris. Et quomodo descendit imber et nix de celo: et illuc vltra non reuertitur: sed inebriat terrā et infundit eam / et germinare eam facit / et dat semen serenti et panem comedenti: sic erit verbū meū quod egredietur de ore meo. Non reuertetur ad me vacuū: sed faciet quecūq̄ volui / et prosperabitur in his ad q̄ misi illud. All dn̄s: oīpotēs. Gr. Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo dn̄e. V. Eleuatio manuū mearū sacrificium vespertinū. Secūdum Matheum

Ps. [illegible]

xxi.B. 

IN illo tpe. Cu intrasset iesus hierosolymã: cõmota est vniuersa ciuitas dicens. Quis est hic? Populi autem dicebãt. Hic est iesus ppheta a nazareth galilee. Et intrauit iesus i templũ dei. Et eijciebat omnes vendentes & ementes in tẽplo: et mensas nũmulariorum et cathedras vendentium columbas euertit. Et dixit eis. Scriptũ est: quia domus mea domus orationis vocabitur. Uos autẽ fecistis illam speluncam latronũ. Et accesserunt ad eum ceci et claudi in tẽplo: & sanauit eos. Uidentes autẽ principes sacerdotũ et scribe mirabilia que fecit: et pueros clamantes in tẽplo et dicentes (Osanna filio dauid) indignati sunt: et dixerunt ei. Audis quid isti dicunt? Jesus autem dixit eis. Utiq. Nunq legistis qr ex ore infantiũ & lactentium: perfecisti laudẽ? Et relictis illis: abijt foras extra ciuitatem in bethaniã Jbiq mansit: et docebat eos de regno dei. Offz. In te sperauit domine dixi tu es deus meus: in manibus tuis tẽpora mea. V. Jllumina faciem tuam super seruum tuum: et saluum me fac propter misericordiam tuam dñe/non cõfundar quoniam inuocaui te. Ps.xxx Secreta.

PResta dñe quesumus/vt dicato muneri congruentem nostre deuotionis tibi offeramus affectum. Per do. Prefa. Qui corporali ieiu. Coĩo. Cum inuocarem te exaudisti me deus iustitie mee: in tribulatione dilatasti me: miserere michi domine: Ps.iiii et exaudi orationem meam. Postcõio.

QUesumus omnipotẽs de⁹/ vt illius salutaris capiam⁹ effectum: cui⁹ per hec mysteria pignus accepimus. Per dominum. Super populum. Humiliate capita vestra deo. Oratio.

AScendant ad te dñe preces nostre: et ab ecclia tua cunctã repelle nequitiã. Per do. ¶ Feria quarta.iiij.tpm.xl. Officium.

REminiscere miserationum tuarũ dñe/et misericordie tue que a seculo sunt: ne vnq dominentur nobis inimici nostri: libera nos deus israel ex omnibus angustijs nostris. Ps. Ad te domine leuaui aiam meam: deus meus in te confido non erubescam. Sequitur oratio sine Dñs vobiscum. sed cũ Oremus. et Flectamus genua Leuate. Oratio. Psal. xxiiii.

PReces nostras quesum⁹ domine clemẽter exaudi: & contra cũcta nobis aduersantia/dexteram tue maiestatis extende. Per dominum. Lectio libri exodi.

IN dieb⁹ illis. Dixit dñs ad moysen. Ascẽde ad me i mõtem: et esto ibi. Dabo tibi duas tabulas lapideas/et legem ac mãdata que scripsi: vt doceas filios israel. Surrexerunt moyses & iosue minister ei⁹: ascẽdensq moyses in montẽ dei/seniorib⁹ ait. Expectate hic: donec reuertamur ad vos. Habetis aaron & hur vobiscum: si qd natũ fuerit qstionis/referetis ad eos. Cũq ascendisset moyses/operuit nubes mõtẽ: et habitauit gloria dñi sup sinai/tegens illum nube sex diebus. Septimo autem die: vocauit eum dñs de medio ca- xxiiii. C

liginis. Erat autē species glie dñi
quasi ignis ardēs super verticem
mōtis: i cōspectu filioꝝ israel. In-
gressusqꝫ moyses medium nebule:
ascendit in montē. Et fuit ibi qua
draginta dieb⁹: et quadraginta no
Tribula Psal. ctib⁹. Gr. Tribulationes cordis mei
xxiiij. dilatate sunt: de necessitatib⁹ meis eripe
me dñe. V. Uide humilitatē meā et labo-
rē meū/ et dimitte oia pctā mea. Nō re-
petat gr. sed sequat Dñs vobiscū.
Flectamus genua Leuate. Oro.
Deuotionem populi tui q̄s
dñe benignus intende: vt q̄
per abstinētiā macerātur in corpo
re: p fructū boni operis reficiātur
in mēte. Per dñm. Hic dicūtur me
morie consuete. Lectio libri regū.
iii. xix. In dieb⁹ illis. Uenit helias
A i bersabee iuda/ et dimisit ibi
puerū suum: et perrexit in desertū
viam vnius diei. Cūqꝫ venisset ꝛ se
deret subter vnam iuniperum: peti
uit aie sue vt moreret: et ait. Suffi
cit michi dñe/ tolle animam meā:
neqꝫ eni melior sum q̄ patres mei.
Proiecitqꝫ se: ꝛ obdormiuit in vm-
bra iuniperi. Et ecce angelus dñi
tetigit eum: dixitqꝫ illi. Surge: co-
mede Et respexit. Et ecce ad caput
suum subcinericius panis: et vas
aque. Comedit ergo ꝛ bibit: et rur
suz obdormiuit. Reuersusqꝫ est an
gelus domini scđo et tetigit eū: di-
xitqꝫ illi. Surge comede: grandis
eñi tibi restat via. Qui cum surre-
xisset: comedit et bibit. Et ambu-
lauit in fortitudine cibi illius: qua
draginta dieb⁹ et quadraginta no
ctibus: vsqꝫ ad montem dei oreb.
Chorus alternati dicat. Tract⁹.
Psal. De necessitatibus meis eripe me
xxiiij. dñe/ vide humilitatē meā et labo
rē meum: et dimitte oia pctā mea. V. Ad
te dñe leuaui aiam meā: de⁹ me⁹ in te cō
fido nō erubescā/ neqꝫ irrideant me inimi-
ci mei. V. Etenī vniuersi qui te expectant
nō cōfundentur: confūdātur oēs facientes
vana. Et dicitur iste tractus i omni
quarta feria: vsqꝫ ad dñicam pal-
marū. Euangel. Scđm matheū.
In illo tpe. Accesserunt ad ie M.
sum scribe ꝛ pharisei: dicen-
tes. Magister volumus a te signū
videre. Qui rñdēs: ait illis. Gene
ratio mala ꝛ adultera signū qrit: ꝛ
signū non dabit ei/ nisi signū ione
pphete. Sicut eñi fuit ionas i vē-
tre ceti trib⁹ dieb⁹ ꝛ trib⁹ noctib⁹:
ita erit fili⁹ hois i corde tre tribus
dieb⁹ ꝛ trib⁹ noctibus. Uiri niniui
te surgēt i iudicio cum generatiōe
ista: et cōdēnabūt eā/ qr penitētiā
egerūt in predicatione ione. Et ec-
ce plusq̄ ionas hic. Regina austri
surget in iudicio cū gñatiōe ista et
cōdēnabit eā: qr venit a finib⁹ ter-
re audire sapientiā salomonis. Et
ecce plusq̄ salomon hic. Cum aūt
immūdus spūs exierit ab homie:
ambulat per loca arida querens re
quiē/ ꝛ nō inuenit. Tūc dicit. Re-
uertar i domū meam: vnde exiui.
Et veniens inuenit eam vacātem:
scopis mūdatam et ornatā. Tunc
vadit/ et assumit septē alios spūs
secū nequiores se: ꝛ intrantes habi
tāt ibi: et fiūt nouissima hominis
illius peiora prioribus. Sic erit et
generationi huic pessime. Adhuc
eo loquente ad turbas: ecce mater
eius et fratres stabant foris/ que-
rentes loqui ei. Dixit autem ei qui
dam. Ecce mater tua et fratres
tui foris stant: querētes te. At ipse
respondēs: dicēti sibi ait. Que est

mater mea: et q̄ sunt fratres mei?
Et extendens manū in discipulos
suos: dixit. Ecce mater mea: et fra-
tres mei. Quicunq; enī fecerit vo-
luntatē p̄ris mei q̄ in celis est: ipse
meus frater/et soror/et mater est.
Psal. cxviii. Offer. Meditabor in mādatis tuis q̄ di
lexi valde: et leuabo man⁹ meas ad man
data tua q̄ dilexi. V. Pars mea dn̄e dixi
custodire legē tuam: imprecat⁹ sum vul-
tum tuum in toto corde meo. Secreta.

Intēde q̄s dn̄e sacrificiū sin-
gulare: vt huius participa-
tione mysterij que speranda credi
mus/expectata sumamus. Per.
Prefatio. Qui corporali ieiunio.
ps. v. Cōio. Intellige clamorē meum. intēde
voci orationis mee rex me⁹ et de⁹ meus/
q̄m ad te orabo domine. Postcōio.

Da quesumus om̄ps de⁹/vt
reatum nostrū munera sa-
cra purificent: et recte viuendi no-
bis operentur effectum. Per dn̄m.
Super populum. Orem⁹. Humi-
liate capita vestra deo. Oratio.

Mentes nostras q̄s dn̄e lumi
ne tue claritatis illustra: vt
videre possimus que agēda sunt/
et que recta sunt agere valeamus.
Per dominum. Feria. v. post
Inuocauit. Ad missam. Officiū.
ps. xcv. Confessio et pulchritudo
in conspectu eius: sancti
tas et magnificentia in
sanctificatione eius. ps.
Cantate domino canticum nouum: can-
tate domino omnis terra. Oremus.
Flectamus genua Leuate. Or.

Omnipotens sempiterne de⁹
qui in obseruatione ieiunij
et elemosynarum largitiōe nostro
rū posuisti remedia peccatorū: con
cede nos mente et corpore semper
tibi esse deuotos. Per dn̄m. Epi-
stola. Lectio Ezechielis pphete.

In dieb⁹ illis. Factus est ser- xviii. A
mo dn̄i ad me: dicēs. Quid
est quod inter vos hāc parabolam
vertitis in prouerbiū istud in terra
israel/dicentes? Patres nr̄i come-
derūt vuā acerbā: et dentes filiorū
obstupescunt. Viuo ego dicit dn̄s
deus: si erit vobis vltra parabola
hec in puerbiū in israel. Ecce oēs
aīe mee sūt. Ut anima patris: ita
et aīa filij mea est. Aīa que peccaue
rit: ipsa morietur. Et vir si fuerit iu
stus et fecerit iudiciū et iustitiā/in
mōtib⁹ nō comederit/et oculos su
os non leuauerit ad idola domus
isrl̄/et vxorē p̄ximi sui nō violaue
rit/et ad mulierē menstruatā non
accesserit/et hoīem nō contristaue
rit/pign⁹ debitori suo reddiderit/
per vim nichil rapuerit/panē suū
esuriēti dederit/et nudū operuerit/
vestimēta ad vsurā nō cōmodaue
rit et amplī⁹ nō accepit/ab iniq̄ta-
te auerterit manū suā/iudiciū ve-
rū fecerit inter virū et virum/et in
preceptis meis ambulauerit/et iu
dicia mea custodierit vt faciat ve-
ritatem: hic iustus est. Uita viuet:
ait dn̄s de⁹. Quod si genuerit filiū
latronē effundētem sanguinem/et
fecerit vnū de istis: et hec quidē oīa
non facientē: nū q̄d viuet? Cū vni-
uersa detestanda hec fecerit: morte
morietur. Sāguis ei⁹ in ipso erit.
Quod si genuerit filiū qui vidēs oīa
pctā p̄ris sui que fecit: timuerit et
non fecerit simile eis/iudicia mea
fecerit et in p̄ceptis meis ambula-
uerit: hic nō morietur in iniq̄tate pa
tris sui/sed vita viuet. Pr̄ eius q̄r
calūniatus est et vim fecerit fratri:

et malum operat⁹ est in medio po=
puli sui: ecce mortuus est in iniqui
tate sua. Et dicitis. Quare nō por
tabit filius iniquitatem patris sui?
Uidelicet quia fili⁹ iudicium et iu=
stitiam operat⁹ est/omnia pcepta
mea custodiuit et fecit illa: vita vi=
p. xvi. uet. Ait dn̄s omnipotens. Gr. Cu=
stodi me domine vt pupillā oculi: sub um
bra alarū tuarum ptege me. V. De vul=
tu tuo iudiciū meum prodeat: oculi tui vi
deant equitatē. Secundū Johannē.



viii. D IN illo tp̄e
Dicebat ie
sus ad eos q̄ cre=
diderāt ei ex iude=
is. Si vos man
seritis in sermo=
ne meo: Ve disci=
puli mei eritis ꝛ
cognoscetis ve=
ritatem/et veritas liberabit vos.
Responderūt ei iudei. Semē abra
he sumus: et nemini seruiuimus
vnq̄. Quō tu dicis: quia liberi eri
tis? Respōdit eis ies⁹. Amē amē di
co vobis: quia oīs q̄ facit pctm̄: ser
uus est pcti. Seruus autē non ma
net in domo in eternum: filius aūt
manet in eternum. Si ergo filius
vos liberauerit: vere liberi eritis.
Scio quia filij abrahe estis: sed q̄ri
tis me interficere quia sermo me⁹
nō capit in vobis. Ego quod vidi
apud patrē meū loquor: ꝛ vos que
vidistis apud patrē vestrū facitis.
Respōderūt: et dixerunt ei. Pater
noster abrahā est. Dixit eis iesus.
Si filij abrahe estis: opera abrahe
facite. Nūc autē q̄ritis me interfi=
cere: hoiem q̄ veritatē locut⁹ sum
vobis quā audiui a deo. Hoc abra=
hā non fecit: vos facitis opa pr̄is
vr̄i dixerunt itaq̄ ei. Nos ex forni
catione nō sumus nati: vnum pa=
trē habem⁹ deū. Dixit ergo eis ie=
sus. Si deus pr̄ vester esset: dilige=
retis vtiq̄ me. Ego eni a deo pro=
cessi: et veni. Neq̄ eni a meipso ve=
ni: sed ille me misit. Quare loquelā
meā non cognoscitis? Qr nō pote
stis audire sermonē meū. Uos ex
pr̄e diabolo estis: et desideria pr̄is
vestri vultis facere. Ille homicida
erat ab initio/ꝛ in veritate nō stetit
qr non est veritas in eo. Cū loquit
mēdaciū/ex pprijs loquit: qr men
dax est/ꝛ pr̄ eius. Ego autē si veri
tatē dico: nō creditis michi. Quis
ex vobis arguet me de pctō? Si ve=
ritatem dico vobis: quare vos nō
creditis michi? Qui ex deo est: ver
ba dei audit. Offr. Immittit angel⁹ Psal. xxxiii.
domini in circuitu timentiū eū et eripiet
eos: gustate et videte qm̄ suauis est domi
nus. V. Benedicam dn̄m i omni tēpore:
semper laus eius in ore meo. Secreta.
SAcrificia dn̄e q̄sumus pro=
pensius ista nos saluēt: que
medicinalibus sunt instituta ieiu=
nijs. Per d. Prefa. Qui corporali
ieiu. Cōio. Panis quem ego dedero: ca Joh. vi. c
ro mea est pro seculi vita. Postcōio.
TUorū nos dn̄e largitate re
ple donorum/et tpalib⁹ at
tolle presidijs: et renoua sempiter=
nis. Per. Super populum. Humi
liate capita vestra deo. Oratio.
DA q̄s dn̄e ppl̄is xp̄ianis et q̄
psitentur agnoscere: ꝛ cele
ste mun⁹ diligere qd̄ frequentant.
Per. ¶ Fer. vi. iiij. tp̄m. xl. Offm̄.
DE necessitatib⁹ meis eri Psal. xxiiii.
pe me domine/vide hu
militatem meam ꝛ labo
rem meum: et dimitte

omnia peccata mea. ps. Ad te domine leuaui animam meã: deus meus in te cõfido non erubescam. Oremus. Flectamus genua Leuate. Oratio.

Esto dñe ppitius plebi tue: et quã tibi facis esse deuotã/ benigno refoue miseratus auxilio Per. Lectio ezechielis prophete.

viij. E Hec dicit dñs deus. Aia q̃ peccauerit: ipsa morietur. Filius nõ portabit iniqtatẽ pris: et pater nõ portabit iniquitatẽ filij. Iustitia iusti sup eũ erit: et impietas impij erit sup eũ. Si autẽ impius egerit penitentiã ab oibus peccatis suis que operatus est/ et custodierit oia precepta mea/ et fecerit iudicium et iustitiã: vita viuet et non morietur. Omnium iniquitatum eius quas operatus est non recordabor: in iustitia sua quam operatus est viuet. Nunquid voluntatis mee est mors impij (dicit dñs deus) et nõ vt conuertatur a vijs suis/ et viuat? Si autem auerterit se iustus a iustitia sua et fecerit iniqtatẽ: secundũ oẽs abominatiões quas operari solet impius: nunquid viuet. Oẽs iustitie eius quas fecerat: non recordabunt. In preuaricatione sua qua preuaricatus est: et in pctõ suo qđ peccauit in ipsis morietur. Et dixistis. Non est equa via dñi. Audite ergo domus isrl. Nunquid via mea non est equa: et non magis vie vrẽ praue sunt? Cũ enim auerterit se iustus a iustitia sua et fecerit iniqtates: morietur in eis. In iniustitia sua quã opatus est: morietur. Et cũ auerterit se impius ab impietate sua quã opatus est/ et fecerit iudiciũ et iustitiã: ipse aiam suã viuificabit. Cõsiderãs enim et auertens se ab oibus iniqtatibus suis quas operatus est: vita viuet et nõ morietur. Dicit dñs ops. Gr. Saluũ fac seruum tuum deus meus sperantem in te. Psal. lxxxv. V. Auribus percipe domine orationẽ meam. Tractus.

Domine nõ secundum peccata nostra que fecimus nos/ neq̃ secundum iniquitates nr̃as retribuas nobis. ps. cij. V. Dñe ne memineris iniquitatũ nostrarũ antiquarum: cito anticipent nos misericordie tue/ quia pauperes facti sumus nimis. ps. lxxviij.

Hic non fiat genuflexio cum V. V. Adiuua nos deus salutaris noster: et ppter gloriam nominis tui domine libera nos/ et propitius esto peccatis nostris ppter nomen tuum. Scdm Johannẽ.



In illo tpe Erat dies festus iudeorũ et ascendit iesus hierosolymam. Est autem hierosolymis probatica piscina: que cognominatur hebraice bethsaida: quinq̃ porticus habens. v. A In his iacebat multitudo magna languẽtiũ/ cecorũ/ claudorũ/ aridorũ: expectãtiũ aq̃ motũ. Angelus autẽ dñi secũdum tẽpus descẽdebat in piscinã: et mouebat aqua. Et q̃cunq̃ prior descẽdisset in piscinã post motionẽ aque: sanus fiebat a quacunq̃ detinebat infirmitate. Erat autẽ qdã hõ ibi: triginta et octo annos habens in infirmitate sua. Hunc ergo cũ vidisset iesus iacentẽ/ et cognouisset q̃ multũ iam tẽpus haberet: dixit ei. Vis sanus fieri? Respõdit ei lãguidus. Dñe: hoiem non habeo vt cũ turbata fuerit aqua: mittat me in piscinam. Dũ venio enim ego: alius

ante me descendit. Dicit ei iesus. Surge/tolle grabatū tuū: et ambula. Et statim sanus fact⁹ est homo ille: et sustulit grabatū suum ꝛ ambulabat. Erat autē sabbatum in die illo. Dicebant ergo iudei: illi qui sanatus fuerat. Sabbatū est: non licet tibi tollere grabatū tuū. Respondit eis. Qui me sanum fecit: ille michi dixit. Tolle grabatū tuū: ꝛ ambula. Interrogauerunt ergo eum. Quis est ille homo qui dixit tibi/ tolle grabatum tuum ꝛ ambula: Is autē q̄ sanus fuerat effectus: nesciebat q̄s esset. Jesus autē declinauit a turba constituta in loco. Postea inuenit eū iesus in templo: et dixit illi. Ecce sanus factus es: iam noli peccare: ne deterius tibi aliq̄d cōtingat. Abijt ille homo: et nūciauit iudeis quia ies⁹ esset: qui fecit eum sanum. Offer.

ps.xij. Benedic aīa mea domino/ ꝛ noli obliuisci omnes retributiones eius: et renouabit sicut aquile iuuentus tua. ℣. Qui propitiat oībus iniquitatib⁹ tuis: ꝛ redimit de interitu vitam tuam: qui coronat te ī miseratione et misericordia. Secreta.

SUscipe dn̄e quesumus munera nostrꝫ oblata seruitijs et tua propitius dona sanctifica. Per. Prefatio. Qui corporali ie.

ps.vi. Cōio. Erubescant et cōturbētur omnes inimici mei: auertantur retrorsum ꝛ erubescant valde velociter. Postcōio.

PEr huius dn̄e operationē mysterij et vitia nr̄a purgētur: et iusta desideria cōpleantur. Per. Sup ppl'z Humiliate capita. Oratio

EXaudi nos misericors deus: et mentibus nr̄is gratie tue lumē ostende. Per. ¶ Sabba.iiij. tēporum quadragesime. Officiū.

INtret orō mea in cōspectu tuo: inclina aurem tuā ad precem meā dn̄e. Ps. Dn̄e de⁹ salutis mee: in die clamaui et nocte corā te. Oēs orones sine Dn̄s vobi. dn̄r preter vltimā que est ante ep̄lam. Et ad oēs orationes dr̄ Oremus. sic̄r ad oēs orationes dr̄ Flectam⁹ genu. pterq̄ ad vltimā q̄ est ante ep̄lam. et oēs lect. cū suis titulis leguntur. Or.

POpulū tuū q̄s dn̄e ꝓpitius respice: atq̄ ab eo flagella iracūdie tue clemēter auerte. Per dn̄m. Lectio libri deuteronomij.

IN diebus illis. Locutus est moyses ad dn̄m: dicens. Respice dn̄e de sanctuario tuo: et de excelso celorū habitaculo. Et bn̄dic ppl'o tuo israel/ ꝛ terre quam dedisti nobis: sicut iurasti p̄ribus nr̄is dare terrā lacte ꝛ melle manātem. Audi israel. Hodie dn̄s deus tuus p̄cepit tibi vt facias mādata eius atq̄ iudicia: et custodias et impleas ex toto corde tuo et ex tota aīa tua. Dn̄m elegisti hodie vt sit tibi deus et ambules in vijs eius: vt custodias cerimonias illi⁹ et mandata ei⁹ atq̄ iudicia/ et obedias eius imperio. En dn̄s elegit te hodie/ vt sis ei popul⁹ peculiaris sicut locutus est tibi: et custodias omnia precepta eius. Et faciat te excelsiorē cūctis gētibus quas creauit in laudem et nomen et gloriā suā/ vt sis ppl's sāctus dn̄i dei tui: sicut locutus est tibi. Grad. Propitius esto domine peccatis nostris: nequando dicant gentes vbi est deus eorū. ℣. Adiuua nos deus salutaris noster/ et propter honorē nominis tui domine libera nos. Non repetatur grad. Oremus. Flecta-

mus genua Leuate. Oratio.
Deus qui nos per tēporalia ducis ad eterna: p̄retēde misericordiā tuam ad celestia pmissa nitentibus: et quia tuum est q̄ i te credimus: tuum sit oē q̄ viuimus Per d. Lectio libri deuteronomij.

xi.C In diebus illis. Dixit moyses filijs israel. Si custodieritis mādata q̄ ego precipio vobis/ et feceritis ea vt diligatis dominū deū vestrū/ et ambuletis in oibus vijs ei⁹ adherētes ei: disperdet dn̄s oēs gētes istas ante faciē vestram: et possidebitis eas que maiores et fortiores vobis sunt. Omnis loc⁹ quem calcauerit pes vester/ vester erit. A deserto/ et libano/ et flumine magno eufrate: vsq₃ ad mare occidentale erunt termini vestri Nullus stabit contra vos. Terrorem vestrū et formidinē dabit dn̄s deus vester super omnē terrā quā calcaturi estis: sicut locutus est vobis/ dn̄s deus vester Gradale. Protector

Psal. lxxxiij noster aspice deus: et respice super seruos tuos. V. Domine deus virtutum: exaudi preces seruorū tuorum. Oremus. Flectamus genua Leuate. Oratio.
Protector noster aspice de⁹: vt qui malorū nostrorū pondere premimur/ percepta mia libera tibi mente famulemur. Per dominū. Lectio libri Machabeorū.

ij.i.C In dieb⁹ illis. Orationē faciebāt sacerdotes: dum offerrēt sacrificiū p ppl'o israel/ ionata inchoante/ ceteris autem respōdētib⁹ et dicētibus. Bñfaciat vobis deus: et meminerit testamenti sui qd ad abraham/ isaac/ et iacob locutus est seruorū suorū fideliū. Et det vobis cor oibus vt colatis eū: et faciatis eius volūtatē corde magno et aio volenti. Adaperiat dn̄s cor vestrū i lege sua/ et in preceptis suis: et faciat pacem. Exaudiat dominus orōnes vr̄as: et recōciliet vobis. Nec vos deserat i tēpore mal o dn̄s de⁹ vester. Gr. Conuertere dn̄e Psal. lxxxix aliquantulū: et deprecare sup seruos tuos. V. Dn̄e refugium factus es nobis: a generatione et pgenie. Oremus. Flectamus genua Leuate. Oratio.
Adesto q̄s domine supplicationib⁹ nr̄is: vt esse (te largiente) mereamur et inter pspera humiles/ et inter aduersa securi. Per dn̄m. Lectio libri sapientie.
Miserere nr̄i deus oim̄ et respice nos: et ostēde nobis lucē miserationū tuarū. Et immitte Eccli. xxxvi. A timorē tuū sup gētes q̄ non exq̄sierunt te: vt cognoscāt q₃ nō est deus nisi tu: vt enarrēt magnalia tua. Alleua manū tuā sup gentes alienas: vt videāt potentiam tuā. Sicut eni in cōspectu eorū scificatus es in nobis: sic in cōspectu nr̄o magnificaberis i illis/ vt cognoscant te sicut et nos cognouimus q₃ non est de⁹ p̄ter te dn̄e. Innoua signa: et immuta mirabilia. Glorifica manum: et brachiū dextrū. Excita furorē: et effūde iram. Extolle aduersariū: et afflige inimicū. Festina tēpus et memento finis: vt enarrent mirabilia tua/ dn̄e de⁹ noster. Gr. Saluū fac populū tuum dn̄e: et benedic hereditati tue. V. Ad te domine clamabo Psal. xxvij deus meus ne sileas a me/ et ero similis descendentibus in lacum. Oremus. Flectamus genua Leuate. Oro.
Actiones nr̄as q̄s dn̄e aspirando p̄ueni et adiuuando psequere: vt cuncta nr̄a opatio a te

semp incipiat: et p te cepta finiat.
Per d. Lectio danielis prophete.
iiij.iiij A IN diebus illis. Mulier quedam clamabat ad heliseum prophetam/dicēs. Seruus tuus vir meus mortuus est: et tu nosti quia seruus tuus fuit timens deū. Et ecce creditor venit/ vt tollat duos filios meos: ad seruiendum sibi. Cui dixit heliseus. Quid vis vt faciā tibi? Dic michi: quid habes in domo tua? At illa respondit. Non habeo ancilla tua quicq̄ i domo mea: nisi parum olei quo vngar. Cui ait. Uade/et pete mutuo ab omnib⁹ vicinis tuis vasa vacua non pauca: et ingredere domū tuā: et claude ostium cū intrinsecus fueris tu et filij tui. Et mitte inde in oīa vasa hec: et cū plena fuerint tolles. Iuit itaq3 mulier: et clausit ostiū sup se et sup filios suos. Illi offerebant vasa: et illa infundebat. Cumq3 plena fuissent vasa: dixit ad filium suum. Affer michi adhuc vas. At ille respōdit Non habeo. Stetitq3 oleū Uenit autem illa: et idicauit hoi dei. Et ille. Uade inqt vēde oleū: et redde creditori tuo. Tu autē et filij tui: viuite de reliquo. Gr. Ab occultis meis munda me dñe: et ab alienis parce seruo tuo. Ṽ. Si mei nō fuerint dominati tunc immaculatus ero: et emundabor a delicto maximo. Scdm matheum. Psal. xviij.

xviii. B IN illo tpe. Respiciens iesus in discipulos suos: dixit simoni petro. Si peccauerit i te frater tuus: vade/et corripe eū inter te et ipsum solum. Si te audierit: lucratus eris fratrē tuum. Si autem te nō audierit/adhibe tecum adhuc vnum vel duos: vt in ore duorum vel triū testiū stet omne verbū. Quod si non audierit eos: dic ecclesie. Si aūt ecclesiam non audierit: sit tibi sicut ethnicus et publicanus. Amen dico vobis: quecunq3 alligaueritis super terrā/erunt ligata et in celo. Et quecūq3 solueritis super terrā: erunt soluta et in celo. Iterū dico vobis q2 si duo ex vobis cōsenserunt sup terrā de oi re quācunq3 petierint/ fiet illis a patre meo qui i celis est. Ubi eīn sunt duo vel tres congregati in noie meo: ibi sum in medio eorū. Tunc accedēs petrus ad eū: dixit. Dñe/quotiens peccabit in me frater me⁹/et dimittā ei? Usq3 septies? Dixit illi iesus. Non dico tibi vsq3 septies: sed vsq3 septuagesies septies. Offr. Dextera dñi Psal. cxvii.

fecit virtutem: dextera dñi exaltauit me: non moriar sed viuam: et narrabo opera dñi. ℣. In tribulatione inuocaui dñm/ et exaudiuit me i latitudine: quoniam dominus adiutor meus. Secreta.

PEr hec veniat q̄sumus dñe sacramēta nr̄e redēptionis effect⁹: q̄ nos et ab humanis retrahat semp excessibus/ et ad salutaria cuncta perducat. Per. Prefa.

p.xiiii. Qui corpo.ieiu. Cōio. Dñe q̄s habitabit in tabernaculo tuo: aut q̄s requiescet in monte sancto tuo: q̄ ingredit̄ sine macula: et operat̄ iustitiam. Postcōio.

SAcris dñe mysterijs expiati/ et veniā quesumus consequamur et gratiam. Per dominum. Super populū. Humiliate capita vestra deo. Oratio.

TUa nos dñe ꝓtectione defende: et ab oī semp iniq̄tate custodi. Per dñm. ¶ Feria.iiij. post Oculi. Ad missam. Officiū.

p.xxx. EGo autem in dño sperani: exultabo et letabor i tua misericordia q̄r respexisti humilitatē meā. ps. In te domine speraui non confūdar in eternum: in iustitia tua libera me. Flectamus genua Leuate. Oratio.

PResta nobis q̄s dñe vt salutaribus ieiunijs eruditi/ a noxijs quoq̄ vitijs abstinentes propitiationē tuā facili⁹ impetremus. Per dñz. Lectio libri exodi.

xx.C HEc dicit dñs deus. Honora patrē tuū et matrē tuā: vt sis longeuus super terrā: quā dñs deus tuus dabit tibi. Nō occides: nō mechaberis/ nō furtū facies: nō loqueris cōtra primū tuū falsum testimonium. Nō cōcupisces domū primi tui: nec desiderabis vxorē eius/ nō seruū/ non ancillā: non bouem/ nō asinū/ nec oīa que illius sunt. Cūctus autem populus videbat voces/ et lāpades/ et sonitū buccine/ mōtemq̄ fumigātem. Et perterriti ac pauore percussi: steterūt procul dicētes moysi. Loquere tu nobis: et audiem⁹. Nō loquatur nobis dñs: ne forte moriamur. Et ait moyses ad populū. Nolite timere. Ut eñi probaret vos venit deus: et vt terror illius esset in vobis/ et non peccaretis. Stetitq̄ populus de longe/ moyses aūt accessit ad caliginem in qua erat deus. Dixitq̄ preterea dñs ad moysen. Hec dices filijs israel. Uos vidistis q̄ de celo locutus sum vobis. Nō facietis deos argentos: nec deos aureos facietis vobis. Altare de terra facietis michi: et offeretis sup eo holocausta et pacifica vestra/ oues vestras et boues. In omni loco i quo memoria fuerit nominis mei. Gr. Miserere michi dñe: q̄m infirmus sum/ sana me dñe. ℣. Conturbata sunt omnia ossa mea: et anima mea turbata est valde. Tr. De necessitatibus eripe me/ dñe. Euange. Secundum matheum.



IN illo tpe. Accesserūt ad iesum ab hierosolymis scribe et pharisei: dicentes. Quare discipli tui trāsgrediunt̄ traditiōes seniorum. Non eñi lauant manus suas: cū panē mādu cāt. Ipse aūt respondens: ait illis. Quare et vos trāsgredimini mādatū dei ꝓpter tra-

ditionē vestram. Nam deꝰ dixit.
honora patrē et matrē: et qui male
dixerit patri vel matri/morte mo
riatur. Vos autē dicitis. quicūq
dixerit patri vel matri munus qđ
cūq est ex me/tibi pderit: et nō ho
norificabit patrē suum/et matrē
suā. Et irritū fecistis mādatū dei:
ppter traditionem vestram. Hy
pocrite/bene pphetauit de vobis
esaias dicens. Populus hic labijs
me honorat: cor autē eorū longe est
a me. Sine causa autē colunt me:
docentes doctrinas et mādata ho
minū. Et cōuocatis ad se turbis:
dixit eis. Audite et intelligite. Nō
qđ itrat in os coinquinat hoiem:
sed quod pcedit ex ore/hoc coinq-
nat hoiem. Tūc accedentes disci-
puli eius: dixerūt ei. Scis qꝛ pha-
risei audito verbo hoc: scandaliza
ti sunt. At ille respōdens/ait. Ois
plantatio quam non plātauit pa-
ter meꝰ celestis: eradicabitur. Si-
nite illos: ceci sunt/et duces ceco-
rum. Cecus autē si ceco ducatum
prestet: ambo in foueam cadunt.
Respondens autē petrus: dixit ei.
Edissere nobis parabolam istā.
At ille dixit. Adhuc et vos sine in-
tellectu estis. Nō intelligitis quia
omne qđ in os intrat: in ventrē va
dit/et i secessum emittit. Que au
tē pcedunt de ore/de corde exeunt:
et ea coinquināt hoiem. De corde
eñ exeunt cogitationes male: ho
micidia/adulteria/fornicatiōes/
furta/falsa testimonia/blasphe-
mie. Hec sunt q coinqnant hoiem.
Nō lotis aūt manibus manduca
re: non coinquinat hoiem. Offer.
Psal. cviij. Dñe fac mecū scđm miam tuā ppter no-
men tuū: qꝛ suauis est mia tua. Ꝟ. Deꝰ
laudē meā ne tacueris: qꝛ os peccatoris:
et os dolosi sup me apertū est. Secreta.

Suscipe quesumus dñe pre-
ces populi tui cum oblatio
nibus hostiarum: et tua mysteria
celebrantes/ab oibus nos defen-
de periculis. Per dñm. Prefatio.
Qui corporali ieiu. Cōio. Notas ps. xv.
michi fecisti vias vite: adimplebis me le-
titia cum vultu tuo dñe. Postcōio.

Sanctificet nos qs dñe qua
pasti sumus mēsa celestis:
et a cūctis erroribꝰ expiatos/sup
nis pmissionibꝰ reddat acceptos.
Per dñm. Super populū. Humi-
liate capita vestra deo. Oratio.

Concede qs ops deꝰ: vt qui
ptectiōis tue gratiā queri-
mꝰ: liberati a malis oibꝰ secura ti
bi mēte seruiamꝰ. Per. ¶ Fer. v.
post Oculi. Ad missam. Officiū.

Salus populi ego sū/di- Eccla
cit dominꝰ: de quacūq
tribulatione clamaue-
rit ad me exaudiam eos
et ero illorū dñs in perpetuum. Ps. ps. lxx-
Attendite popule meus legem meā: incli- vij.
nate aurem vestram in verba oris mei.
Flectamus genua Leuate. Orō.

Concede qs ops deus: vt ie-
iuniorū nobis sancta deuo-
tio: et purificationē tribuat et ma
iestati tue nos reddat acceptos.
Per d. Lectio hieremie prophete.

In diebus illis. Factꝰ est ser vii. A
mo dñi ad me/dicens. Sta
in porta domus dñi: et predica ibi
verbū istud: et dic. Audite verbum
domini ois iuda: qui igredimini
p portas has vt adoretis dominū.
Hec dicit dñs exercituum: deus is-
rael. Bonas facite vias vestras
et studia vestra: et habitabo vo-

biscū in loco isto. Nolite cōfidere in verbis mendacij dicētes: tēplū dn̄i tēplum dn̄i, templum dn̄i est. Qm̄ si benedixeritis vias vr̄as et studia vestra: si feceritis iudicium inter virū et proximum ei⁹: aduene ꝙ pupillo ꝙ vidue non feceritis calūniā: nec sanguinē innocentē effuderitis in loco hoc: et post deos alienos nō ambulaueritis in malum vobismetipsis: habitabo vobiscū in loco isto: in terra quam dedi pr̄ibus vr̄is a seculo et vsq₃ in seculum. Dicit dn̄s: oḿs. Gr̄. Oculi

Psal. cxliiij. oīm in te sperant dn̄e/ ꝙ tu das illis escā in tēpoꝛe oppoꝛtuno. V. Aperis tu manū tuam/ ꝙ imples omne animal benedictione. Euang. Secūdum Johannē.

vii. A



IN illo tēpoꝛe. Dixit iesus turbis iudeoꝝ. Operamini nō cibum qui perit: s₃ qui permanet in vitam eternā quē fili⁹ hoīs dabit vobis. Hunc enim pater signauit deus. Dixerunt ergo ad eū. Quid faciemus vt operemur opera dei? Respondit iesus: et dixit eis. Hoc est opus dei: vt credatis i eum quē misit ille. Dixerūt ergo ei. Qđ ergo tu facis signum: vt videam⁹ et credamus tibi? Quid operaris? Patres nostri manducauerūt mā na in deserto: sicut scriptum est. Panem de celo dedit eis manducare. Dixit ergo eis iesus. Amen amen dico vobis/ non moyses dedit vobis panem de celo: sed pater meus dat vobis panem de celo verum. Panis eñ dei est q̄ descendit de celo: ꝙ dat vitam mundo. Dixerūt ergo ad eū. Dn̄e/ semp da nobis hunc panem. Dixit aūt eis iesus. Ego sum panis vite. Qui venit ad me non esuriet: et qui credit in me/ nō sitiet vnq̄. Offr. Si ambulauero in medio tribulationis viuificabis me dn̄e: et super irā inimicoꝝ meorū extendens manū tuā/ et saluū me fecit dextera tua. V. In quacūq₃ die inuocauero te exaudi me domine: multiplicabis in anima mea virtutem tuā. Secreta.

HAc nos domīe q̄sumus ad sācta mysteria purificatis mentibus accedere: vt tibi semper competens deferamus obsequiū. Per. Pꝛefa. Qui coꝛpo. Cōio. Tu mandasti mandata tua custodiri nimis: vtinam dirigantur vie mee ad custodiendas iustificationes tuas. Postcōio.

SAcramēti tui dn̄e veneranda perceptio: ꝙ mystico nos mūdet effectu/ et perpetua virtute defendat. Per. Super populū. Humiliate capita vr̄a deo. Oro.

SUbiectū tibi populum q̄s dn̄e pꝛopitiatio celestis amplificet: et tuis semper faciat seruire mandatis. Per. ¶ Feria. vij. post Oculi. Ad missam. Officiū.

FAc mecū dn̄e signum in bonum: vt videant qui me oderūt/ ꝙ cōfundantur: qm̄ tu dn̄e adiuuisti me et consolatus es me. Ps. Inclina domine aurem tuam et exaudi me: qm̄ inops et pauper sum ego. Oꝛatio.

IEiunia nostra quesum⁹ domine benigno fauoꝛe pꝛosequere: vt sicut ab alimentis abstinemus in coꝛpoꝛe/ ita a vitijs ieiunemus i mente. Per dominum nostrum. Lectio libri Numeri.

Nu.xx.A IN diebus illis. Conuenerunt filij israel aduersum moysen et aaron: et versi in seditionem/ dixerunt. Date nobis aquam: vt bibamus. Ingressique moyses et aaron (dimissa multitudine) ante tabernaculum federis corruerunt proni in terram: clamaueruntque ad dominum/ atque dixerunt. Domine deus/ exaudi clamorem populi huius: et aperi eis thesaurum tuum/ fontem aque viue: vt satiati cesset murmuratio eorum. Et apparuit gloria domini super eos: locutusque est dominus ad moysen/ dicens. Tolle virgam et congrega populum tu et aaron frater tuus: et loquimini ad petram coram eis/ et illa dabit aquas. Cumque eduxeris aquam de petra: bibet omnis multitudo/ et iumenta eius. Tulit igitur moyses virgam que erat in conspectu domini: sicut preceperat ei: congregata omni multitudine ante petram. Dixitque eis. Audite rebelles et increduli. Num de petra hac vobis aquam poterimus eijcere: Cumque eleuasset manum/ percutiens virga bis silicem/ egresse sunt aque largissime: ita vt populus biberet/ et iumenta. Dixitque dominus ad moysen et aaron. Quia non credidistis michi vt sanctificaretis me coram filijs israel: non introducetis hos populos in terram quam dabo eis. Hec est aqua contradictionis: vbi iurgati sunt filij israel contra dominum: et sanctificatus est in eis.

Psal. xxvij. Gr. In deo sperauit cor meum et adiutus sum: et refloruit caro mea: et ex voluntate mea confitebor illi. V. Ad te domine clamabo: deus meus ne sileas: ne discedas a me. Tractus.

Ps. xli. DOmine non secundum peccata nostra que fecimus nos: neque secundum iniquitates nostras retribuas nobis. V. Domine ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum: cito anticipent nos misericordie tue: quia pauperes facti sumus nimis. Ps. lxxviij. Hic non fiat genuflexio cum vr. V. Adiuua nos deus salutaris noster: et propter gloriam nominis tui domine libera nos/ et propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum. Secundum iohannem.

IN illo tempore. Venit iesus in ciuitatem samarie/ que dicitur sichar: iuxta predium quod dedit Jacob ioseph filio suo. Erat autem ibi fons iacob. Jesus ergo fatigatus ex itinere: sedebat sic super fontem. Hora autem erat quasi sexta. Venit mulier de samaria/ haurire aquam. Dixit ei iesus. Da michi bibere. Discipuli enim eius abierant in ciuitatem: vt cibos emerent. Dixit ergo ei mulier illa samaritana. Quomodo tu iudeus cum sis: bibere a me poscis/ que sum mulier samaritana: Non enim coutuntur iudei samaritanis. Respondit iesus: et dixit ei. Si scires donum dei/ et quis est qui dicit tibi da michi bibere: tu forsitan petisses ab eo/ et dedisset tibi aquam viuam. Dixit ei mulier. Domine/ neque in quo haurias habes: et puteus altus est. Unde ergo habes aquam viuam: Nunquid tu maior es patre nostro iacob: qui dedit nobis puteum/ et ipse ex eo bibit/ et filij eius/ et pecora eius: Respondit iesus: et dixit ei. Omnis qui bibit ex aqua hac: sitiet iterum. Qui autem biberit ex aqua quam ego dabo ei: non sitiet in eternum. Sed aqua quam ego dabo ei: fiet in eo fons aque salientis in vitam eternam. Dixit ad eum mulier.

Domine/da michi hanc aquam: vt non sitiã neqꝫ veniam huc haurire. Dixit ei iesus. Uade/voca virum tuum et veni huc. Respondit ei mulier: et dixit. Non habeo virum. Dixit ei iesus. Bene dixisti: quia non habeo virũ. Quinqꝫ enim viros habuisti; et nunc quem habes/non est tuus vir. Hoc vere dixisti. Dixit ei mulier. Domine: video quia propheta es tu. Patres nostri in monte hoc adorauerũt: et vos dicitis quia hierosolymis est locus vbi adorare oportet. Dixit ei ies⁹. Mulier/crede michi qꝛ veniet hora quando neqꝫ in monte hoc neqꝫ in hierosolymis adorabitis patrem. Uos adoratis quod nescitis: nos adoram⁹ quod scim⁹: quia salus ex iudeis est. Sed venit hora et nunc est: quando veri adoratores adorabunt patrem/in spiritu et veritate. Nam et pater tales querit: qui adorent eum. Spiritus est deus: et eos qui adorant eum/in spiritu et veritate oportet adorare. Dixit ei mulier. Scio qꝛ messias venit: qui dicitur christ⁹. Cum ergo venerit: ille nobis annunciabit omnia. Dixit ei iesus. Ego sum qui loquor tecum. Et cõtinuo venerunt discipuli ei⁹: et mirabãtur quia cum muliere loquebatur. Nemo tamen dixit ei: quid queris aut quid loqueris cum ea. Reliquit ergo hydriam suã mulier: et abiit in ciuitatem/et dixit illis hominibus. Uenite et videte hominem qui dixit michi omnia quecũqꝫ feci. Nunquid ipse est christus. Exierunt ergo de ciuitate: et veniebant ad eum. Interea rogabant eum discipuli dicentes. Rabbi: mãduca. Ille autem dixit eis. Ego cibum habeo mãducare quem vos nescitis. Dicebant ergo discipuli ad inuicem. Nũquid aliquis attulit ei manducare. Dixit eis iesus. Meus cibus est/vt faciam voluntatem eius qui misit me: vt perficiam opus eius. Nonne vos dicitis/qꝛ adhuc quatuor menses sunt: et messis venit. Ecce dico vobis: leuate oculos vestros/et videte regiones: quia albe sunt iam ad messem. Et qui metit/mercedem accipit: et congregat fructum in vitam eternam. Ut et qui seminat simul gaudeat: et q̃ metit. In hoc enim est verbum verum: qꝛ alius est qui seminat/et alius est qui metit. Ego misi vos metere qđ vos non laborastis. Alii laborauerunt et vos in labores eorum introistis. Ex ciuitate autem illa multi crediderunt in eum samaritanorum propter verbũ mulieris testimonium perhibẽtis: qꝛ dixit michi omnia quecũqꝫ feci. Cum venissent ergo ad illum samaritani: rogauerunt eum vt ibi maneret. Et mãsit ibi duos dies. Et multo plures crediderunt in eum propter sermonem eius et mulieri dicebant/quia iam non propter tuam loquelam credim⁹. Ipsi enim audiuimus/et scimus quia hic est vere saluator mundi.

Offr. Intende voci orationis mee rex meus et deus me⁹/quoniam ad te orabo dñe. V. Uerba mea auribus percipe dñe/intellige clamorem meum. Secreta.

Respice domine propiti⁹ ad munera que sacramus: vt et tibi grata sint: et nobis salutaria semper existant. Per dominũ. Prefa. Qui corpora ieiuñ. Com.

Joh. iiii. Qui biberit aquam quã ego do (dixit dñs samaritane) fiet in eo fons aque salientis in vitam eternam. Postcõio.

Huius nos dñe perceptio sacramẽti mundet a crimine: et ad celestia regna perducat. Per dñm. Super populum. Humiliate capita vestra deo. Oratio.

Presta q̃s oĩpotẽs deus: vt qui in tua protectione cõfidimus: cuncta nobis aduersantia te adiuuante vincam⁹. Per dñm.

ps. v ¶ Sabbato post Oculi. Officiũ.

Verba mea auribus percipe domine: intellige clamorem meum: intende voci orationis mee. ps. Rex meus: & deus meus. Flectamus genua. Leuate. Oratio.

Presta quesumus oĩpotens de⁹: vt qui se affligendo carnem ab alimentis abstinent: sectãdo iusticiam a culpa ieiunent. Per dñm. Lectio danielis prophete.

xiii. A In dieb⁹ illis. Erat vir in babylone: & nomẽ ei⁹ ioachim. Et accepit vxorem noĩe susannã: filiã helchie/ pulchrã nimis/ et timentẽ deum. Parentes autẽ illius cũ essent iusti: erudierunt filiã suã scđm legẽ moysi. Erat autem ioachim diues valde: et erat ei pomeriũ vicinũ domui sue. Et ad ipsum cõfluebãt iudei: eo q̃ esset honorabilior oĩm. Et constituti sunt duo senes iudices in anno illo/ de q̃bus locut⁹ est dñs: q2 egressa est iniquitas de babylone/ a senioribus iudicib⁹ q̃ videbantur regere populũ. Isti frequẽtabãt domũ ioachim: et veniebant ad eos oẽs qui habebant iudicia. Cũ aũt populus reuertisset: post meridiẽ ingrediebat̃

Sar.

susanna/ & deambulabat in pomerio viri sui. Et videbãt eam senes quotidie ingredientẽ & deambulãtẽ: et exarserũt in cõcupiscẽtiã ei⁹. Et auerterũt sensum suũ: et declinauerunt oculos suos vt nõ viderẽt celũ: neq3 recordarent̃ iudiciorũ iustorũ. Factũ est aũt cũ obseruarẽt diẽ aptũ q̃ eam possent inuenire solam: ingressa est aliquãdo sicut heri & nudiustertius cum duabus solis puellis/ voluitq3 lauari in pomerio. Estus quippe erat. Et nõ erat ibi quisq̃: preter duos senes absconditos/ cõtẽplãtes eã. Dixit ergo puellis. Afferte michi oleũ et smigmata: et ostia pomerij claudite vt lauer. Cum aũt egresse essent puelle: surrexerunt duo senes/ et accurrerũt ad eam/ et dixerunt. Ecce ostia pomerij clausa sunt/ & nemo nos videt: & in concupiscentia tui sumus. Quãobrem assentire nobis: & commiscere nobiscum. Quod si nolueris: dicemus testimonium contra te/ q̃ fuerit tecum iuuenis/ et ob hanc causam emiseris puellas a te. Ingemuit susanna: & ait. Angustie michi sũt vndiq3. Si eni hoc egero mors michi est: si aũt non egero/ nõ effugiã man⁹ vr̃as. Sed melius michi est absq3 ope incidere in man⁹ vr̃as: q̃ peccare in conspectu dñi. Et exclamauit voce magna susãna: exclamauerunt aũt et senes aduers⁹ eã: et cucurrit vn⁹ et aperuit ostia pomerij. Cũ aũt audissẽt clamorem in pomerio famuli domus: irruerunt per posticũ/ vt viderent q̃dnam esset. Postq̃ aũt senes locuti sunt erubuerũt serui vehemẽter/ q2 nũq̃ dictus fuerat sermo huiusmodi

de susanna. Et facta est dies crastina. Cumq; venisset populus ad virū eius ioachim: venerūt et duo p̄sbyteri pleni iniqua cogitatione. aduersus susannā: vt interficerēt eā. Et dixerūt corā ppl'o. Mittite ad susannā: filiam helchie vxorem ioachim. Et statim miserunt. Et venit cū parētibus et filijs: et vniuersis cognatis suis. Flebant igit̄ sui: et oēs qui eā nouerant. Cōsurgētes autē duo p̄sbyteri in medio populi: posuerunt manꝰ suas sup caput eius. Que flens suspexit ad celū. Erat aūt cor eiꝰ: fiduciā habēs i dn̄o Et dixerūt p̄sbyteri. Cū deābularemus in pomerio soli/ ingressa est hec cū duabus puellis: et clausit ostia pomerij/ et dimisit a se puellas. Venitq; ad eam adolescens q̄ erat absconditꝰ: et cōcubuit cū ea. Porro nos cū essemꝰ in āgulo pomerij/ videntes iniq̄tatē cucurrimꝰ ad eos: et vidimꝰ eos pariter cōmisceri. Et illū quidē nequiuimus ꝯp̄hēdere/ q2 fortior erat nobis: et aperto ostio exiliuit. Hanc aūt cū apprehēdissemꝰ: iterrogauimꝰ quisnā esset adolescēs/ ꝙ noluit indicare nobis. Huius rei testes sumus. Credidit eis multitudo quasi senibꝰ ꝙ iudicibꝰ ppl'i: et condēnauerunt eā ad mortē. Exclamauit aūt voce magna susanna: ꝙ dixit. Deꝰ eterne q̄ absconditorum es cognitor/ q̄ nosti oīa anteq̄ fiāt: tu scis qm̄ falsum contra me tulerīt testimoniū. Et ecce morior/ cum nichil horū fecerim q̄ isti malitiose composuerūt aduersum me. Exaudiuit aūt dn̄s vocē eius. Cumq; duceret ad mortem: suscitauit deꝰ spm̄ pueri iunioris: cui nomen daniel. Et exclamauit voci magna. Mundus ego sum a sanguine huius. Et cōuersus oīs populꝰ ad eū: dixit. Quis est iste sermo quē tu locutus es? Qui cū staret in medio eorū: dixit. Sic fatui filij israel/ nō iudicantes/ neq; q̄ verū est cognoscētes: condēnastis filiam israel? Reuertimini ad iudiciū: q2 falsū testimoniū locuti sunt aduersus eam. Reuersus est ergo populꝰ cū festinatione: et dixit ad eos daniel. Separate illos ab inuicē procul: et diiudicabo eos. Cū ergo diuisi essent alter ab altero: vocauit vnū de eis/ et dixit ad eū. Inueterate dierū malorum: nunc venerūt pctā tua que operabaris prius: iudicās iudicia iniusta/ innocentes opprimēs/ et dimittens noxios dicēte dn̄o. Innocētem et iustū non interficies. Nūc ergo si vidisti eam: dic sub qua arbore videris eos colloquentes sibi. Qui ait. Sub cino. Dixit autē daniel. Recte mentitus es in caput tuum: ecce enim angelus dn̄i accepta sententia ab eo: scindet te mediū. Et amoto eo: iussit venire aliū/ et dixit ei. Semē chanaā ꝙ non iuda: species decepit te/ ꝙ cōcupiscentia subuertit cor tuū. Sic faciebatis filiabus israel: et ille timētes loq̄bantur vobis. Sed nō filia iuda sustinuit iniquitatē vestrā. Nunc ergo dic michi sub qua arbore ꝯp̄hēderis eos colloquentes sibi. Qui ait. Sub prino. Dixit autem ei daniel. Recte mētitꝰ es ꝙ tu in caput tuum. Manet enim angelꝰ dn̄i gladiū habens vt secet te mediū: ꝙ interficiat vos. Exclamauit itaq; omnis cetꝰ voce magna: et benedixerunt deum

qui saluat sperantes in se. Et surrexerunt aduersus duos presbyteros: conuicerat enim eos daniel ex ore suo: falsum dixisse testimoniū. Feceruntq; eis sicuti male egerant aduersus proximū: et interfecerūt eos. Et saluat9 est sanguis innoxius: in die illa.
Ps. xxij. Gr. Si ambulem in medio vmbre mortis: nō timebo mala quoniam tu mecum es domine. V. Virga tua et baculus tuus: ipsa me consolata sunt. Euāgeliū. Secūdum Johannē.

viij. A



In illo tpe. Perrexit iesus i mōtē oliueti: et diluculo iterū venit i templum. Et oīs popul9 venit ad eū: et sedens docebat eos. Adducūt autem scribe et pharisei mulierem in adulterio deprehensam: et statuerūt eā in medio/ et dixerūt ei. Magister/ hec mulier modo deprehensa est in adulterio: i lege autē moyses mandauit nobis huiusmodi lapidare. Tu ergo quid dicis? Hoc autem dicebant temptantes eum: vt possent accusare eum. Jesus autē inclinās se deorsum: digito scribebat in terrā. Cū autē pseuerarent interrogantes eū: erexit se/ et dixit eis. Qui sine peccato est vestrum: primus in illā lapidem mittat. Et iterum se inclinās: scribebat in terrā. Audientes aūt hec: vnus post vnum exibant/ incipientes a senioribus. Et remansit solus iesus: et mulier i medio stans. Erigēs aūt se iesus: dixit ei. Mulier/ vbi sunt q te accusabant? Nemo te cōdēnauit? Que dixit. Nemo dñe. Dixit aūt ei iesus. Nec ego te condemnabo. Vade: et iam amplius noli peccare.
Offr. Gressus meos dirige domine Psal.
secundum eloquium tuum: vt nō dñetur cxviij.
mei omnis iniusticia dñe. V. Declaratio sermonum tuorum illuminat: et intellectum dat paruulis. Secreta.

Efficiatur hec hostia q̄s dñe solēnibus grata ieiunijs: et vt tibi fiat acceptior: purificatis mētibus immolet. Per. Prefat. Qui corpali.
Cōio. Nemo te cōdēnauit mu Joh.
lier? nemo dñe. nec ego te condemnabo: iā viij.
amplius noli peccare. Postcōio.

Quesumus omnipotēs de9: vt inter ei9 mēbra numeremur: cui9 corpori cōmunicauimus et sanguini iesu xp̄i filij tui dñi nostri. Qui tecū. Super populū. Humiliate capita vestra deo. Oro.

Pretende dñe fidelibus tuis dexterā celestis auxilij: vt te toto corde perquirant: et que digne postulāt consequi mereantur. Per dominū.

¶ Dñica media quadragesime. Ad missam. Officium. Esaie lxvi.

Letare hierusalē/ et conuentum facite oēs q diligitis dñm: gaudete cum leticia qui in tristitia fuistis: vt exultetis et satiemini ab vberibus consolationis vestre. Ps. Letatus sum in his que dicta sunt michi: in Ps. cxxi.
domum domini ibimus. Oratio.

Concede q̄s ops de9: vt qui ex merito nr̄e actionis affligimur: tue gratie consolatione respiremus. Per do. Ad galathas.

Fratres. Scriptum est quoniam abraham duos filios iiij. C
habuit: vnū de ancilla/ et vnū de libera. Sed q de ancilla/ scdm carnē natus est: qui autē de libera/ per re

promissionē: q̄ sunt p allegoriam
dicta. Hec enim sunt duo testamen
ta. Unū quidē in mōte sina/in ser
uitutē generans: que est agar. Si
na enī mons est in arabia q̄ cōiun=
ctus est ei q̄ nunc est hierusalem: et
seruit cum filijs suis. Illa aūt que
sursum est hierłm libera est: q̄ est
mater nr̄a. Scriptū est enī. Leta=
re sterilis q̄ non paris/erūpe et cla
ma q̄ nō parturis: quia multi filij
deserte magis q̄ ei⁹ q̄ habet virū.
Nos autē fratres scd̄m isaac pro=
missionis filij sum⁹. Sed quō tūc
is q̄ scd̄m carnē natus fuerat/per
sequebat eum qui scd̄m spiritū: ita
et nunc. Sed quid dicit scriptura?
Eiice ancillam et filium eius: non
enī heres erit fili⁹ ancille cum filio
libere. Itaq̄ fratres/nō sum⁹ an
cille filij: sed libere. Qua libertate
p̄.cxxi. christ⁹ nos liberauit. Gr. Letatus
sum in his que dicta sunt michi: in domū
domini ibimus. V. Fiat par i virtute tua
et abundātia in turrib⁹ tuis. Tract⁹.
Psal. Qui confidunt in dn̄o sicut mons
cxxiiij. syon: non commouebitur in eter=
num qui habitat in hierusalem. V. Mon
tes in circuitu eius: et domin⁹ i circuitu
populi sui: ex hoc nunc et vsq̄ in secu=
lum. Secundum Johannem.



vi. A In illo tp̄e. Abijt Je=
sus trans mare
galilee qd̄ est ty=
beriadis: et seque
batur eum mul=
titudo magna/
quia videbant si
gna que faciebat
super his q̄ infirmabant. Subijt
ergo in montem iesus: et ibi sede=
bat cum discipulis suis. Erat au=
tem proximum pascha: dies fest
iudeorū. Cū subleuasset ergo ocu=
los ies⁹/et vidisset quia multitudo
maxima venit ad eū: dixit ad phi=
lippum. Unde ememus panes/vt
manducēt hi? Hoc autem dicebat
tentans eum: ipse enī sciebat quid
esset factur⁹. Respondit ei philip=
pus. Ducentor denariorū panes
non sufficiūt eis: vt vnusq̄sq̄ mo=
dicū quid accipiat. Dixit ei vnus
ex discipulis eius: andreas frater
simonis petri. Est puer vnus hic
qui habet q̄nq̄ panes ordeaceos:
et duos pisces. Sed hec qd̄ sunt in
ter tātos? Dixit ergo iesus. Faci
te hoies discumbere. Erat autē fe
nū multum in loco. Discubuerūt
ergo viri: numero quasi quinq̄ mi
lia. Accepit ergo iesus panes: et cū
gratias egisset/distribuit discum
bentib⁹. Similiter et ex piscibus:
quantum volebant. Ut autem im
pleti sūt: dixit discipulis suis. Col
ligite que superauerunt fragmen
ta: ne pereant. Collegerunt ergo/
et impleuerunt duodeci cophinos
fragmentorum ex quinq̄ panibus
ordeaceis: que superfuerunt his q̄
manducauerunt. Illi ergo homi
nes cum vidissent qd̄ iesus fecerat
signum: dicebant. Quia hic est ve
re propheta qui venturus est i mū
dum. Offr. Laudate dominum quia p.cx
benignus est: psallite nomini eius quo= iiij.
niam suauis est/omnia quecunq̄ voluit
fecit/in celo et in terra. Secreta.
Annue nobis q̄s domine vt
et diuinis semp solemnitati
bus occupemur: et mysterijs sa=
cris mente pariter cōgruamus et
corpore. Per. Prefa. quoti. Cōio.
Hierusalem q̄ edificat vt ciuitas: cuius p.cx

participatio eius in idipsum. Illuc enim ascende runt tribus tribus dñi: ad confitendum nomini tuo dñe. Postcõio.

Da nobis quesumus misericors deus vt sancta tua quibus incessanter explemur: sinceris tractemus obsequijs/et fideli semper mente sumam⁹. Per dominũ.

Feria. iij. post Letare. Officiũ.

Deus in nomine tuo saluum me fac: et in virtute tua iudica me/deus exaudi orationem meam. ps. Qm̃ alieni insurrexerunt aduersum me: et fortes quesierunt animam meam. Flectamus genua Leuate. Orõ. — ps. liij.

Presta q̃s oĩps deus: vt obseruationes sacras annua deuotiõe recolentes: ⁊ corpe tibi placeam⁹ ⁊ mente. p. Lectõ libri regũ. — iij. iij. C

In dieb⁹ illis. Venerũt due mulieres meretrices ad regẽ salomonẽ: steterũtq3 coram eo. Quarũ vna ait. Obsecro mi dñe ego et mulier hec habitabamus in domo vna: et peperi apd̃ eã in cubiculo. Tertia ãt die postq̃ ego peperi: pepit ⁊ hec. Et eram⁹ simul: nullusq3 ali⁹ in domo nobiscũ/exceptis nobis duabus. Mortu⁹ est aũt fili⁹ mulieris hui⁹ nocte/dormiẽs q̃ppe oppressit eũ. Et consurgẽs intẽpeste noctis silentio: tulit filiũ meũ de latere meo ancille tue dormiẽtis: et collocauit i sinu suo. Suũ aũt filiũ q̃ erat mortuus: posuit i sinu meo. Cumq3 surrexissem mane vt darẽ lac filio meo: apparuit mortu⁹. Quẽ diligẽti⁹ ituẽs clara luce: deprehendi nõ esse meũ quẽ genuerã. Respõditq3 altera mulier. Non est ita vt dicis: sed fili⁹ tuus mortuus est/meus autem viuit. Ecõtrario illa dicebat. Mẽtiris/filius q̃ppe meus viuit: et filius tuus mortu⁹ est. Atq3 i hunc modũ cõtẽdebãt: corã rege. Tunc rex ait. Hec dicit. Filius meus viuit/et fili⁹ tuus mortu⁹ est: et ista respõdit nõ/sed fili⁹ tu⁹ mortuus est/me⁹ aũt viuit. Dixit ergo rex. Afferte michi gladium. Cũq3 attulissent gladium corã rege/ait. Diuidite (inq̃t) infantẽ viuum in duas partes: et date dimidiã partem vni/et dimidiam partẽ alteri. Dixit aũt mulier cuius filius erat viuus/ad regẽ: commota sũt quippe viscera ei⁹ sup filio suo. Obsecro dñe/date illi ifantem viuum: et nolite interficere eum. Econtrario illa dicebat. Nec michi nec tibi sit: sed diuidatur. Respondit rex: ⁊ ait. Date huic infantem viuum: ⁊ nõ occidat. Hec est eñi mater eius. Audiuit itaq3 oĩs isrl̃ iudiciũ qđ iudicasset rex: ⁊ timuerunt regem videntes sapientiam dei esse in eo: ad faciẽdũ iudiciũ. Gr. Esto michi in deũ protectorẽ et in locum refugii: vt saluum me facias. V. Deus in te speraui dñe: non confũdar in eternum. Tract. — ps. xxx.

Dñe nõ secũdũ. vt s feria secunda. post Oculi. Secundũ Johannẽ.



In illo tẽpore. Prope erat pascha iudeorum: et ascendit ies⁹ hierosolymã. Et inuenit in tẽplo vendentes oues/et boues/et colũbas: et nũmularios sedẽtes. Et cum fecisset quasi flagellum de funiculis: omnes eiecit de tẽplo/oues quoq3 — ij. C

et boues. Et nūmulariorū effudit es: et mēsas subuertit. Et his qui colūbas vēdebant: dixit. Auferte ista hinc: et nolite facere domū patris mei/ domum negociationis. Recordati vero sunt discipuli eius quia scriptum est: zel⁹ domus tue comedit me. Rñderūt ergo iudei: et dixerūt ei. Quod signum ostendis nobis: quia hec facis? Rñdit ies⁹: et dixit eis. Soluite templū hoc: et in trib⁹ dieb⁹ excitabo illud. Dixerunt ergo iudei. Quadraginta et sex annis edificatū est tēplum hoc: ꝫ tu in trib⁹ dieb⁹ excitabis illud? Ille autē dicebat de tēplo corporis sui. Cum ergo resurrexisset a mortuis: recordati sunt discipuli eius qꝛ hoc dicebat. Et crediderūt scripture: ꝫ sermoni quem dixit iesus. Cū aūt esset hierosolymis in pascha in die festo: multi crediderunt in noie ei⁹/ vidētes signa ei⁹ q̄ faciebat. Ipse autē iesus non credebat semetipsū eis: eo ꝙ ipse nosset oēs/ ꝫ qꝛ opus ei nō erat vt qs testimonium perhiberet de hoie. Ipse eñi sciebat qd esset i homie. Offr.

p̄.xcix Jubilate deo oīs terra/ iubilate deo oīs terra seruite dño i leticia/ itrate i conspectu ei⁹ in exultatiōe/ qꝛ dñs ipse est deus. V̄. Ipse fecit nos ꝫ nō ipsi nos: nos autē ppls ei⁹ et oues pascue eius. Secreta.

Tuis dñe q̄s operare mysteriis: vt hec tibi munera dignis mentibus offeramus. Per d̄. Prefa. Qui corporali ieiuā. Cōio.

Psal xviii Ab occultis meis mūda me domie: et ab alienis parce seruo tuo. Postcōio.

Quos diuinis dñe reficis sacramentis/ tuis quesumus sustenta presidijs: et quos beneficijs tēporalib⁹ refoues/ pasce perpetuis. Per. Sup populū. Humiliate capita vestra deo. Oratio.

Deprecationē nostram q̄sumus dñe benignus exaudi: et quibus supplicandi prestas affectum: tribue defēsionis auxilium. Per dominū. ¶ Feria tertia post Letare. Ad missam. Officium.

Exaudi de⁹ orōnē meam/ et ne despexeris deprecationem meam: intende in me/ et exaudi me. Ps. Contristatus sum in exercitatiōe mea: et conturbatus sū a voce inimici. Flectamus genua Leuate. Oratio.

Sacre nobis q̄s domie obseruationis ieiunia: et pie conuersationis augmentū: ꝫ tue propitiationis cōtinuum prestent auxilium. Per. Lectio libri Exodi.

In diebus illis. Locutus est dñs ad moysen: dicens. Descēde de mōte: quia peccauit ppl's tu⁹ quem eduxisti de terra egypti. Recesserūt cito de via quā ostēdisti eis. Fecerūtqꝫ sibi vitulū cōflatilēet adorauerūt: atqꝫ imolantes ei hostias dixerūt. Isti sūt dij tui isrl q̄ te eduxerūt de t̄ra egypti. Rursūqꝫ ait dñs ad moysen. Cerno ꝙ ppl's iste dure ceruicis sit: dimitte me vt irascat furor me⁹ cōtra eos et deleā eos: faciāqꝫ te in gentē magnā. Moyses aūt orabat dñm deū suū: dicens. Cur dñe irascit furor tu⁹ ꝯtra ppl'm tuū quē eduxisti de terra egypti: i fortitudine magna et in manu robusta? Ne q̄so dicant egyptij/ callide eduxit eos: vt interficeret in montib⁹: ꝫ deleret eos de terra. Quiescat ira tua: ꝫ esto placabilis sup neq̄tia ppl'i tui. Recordare abrahā/ isaac et isrl' seruorū

tuorum: quibus iurasti per temetipsum: dicens. Multiplicabo semen vestrum sicut stellas celi: et vniuersam terram hanc de qua locutus sum dabo semini vestro/ et possidebitis eam semper. Placatusque est dominus ne faceret malum quod locutus fuerat aduersus populum suum. Et misertus est populo suo: dominus deus noster. Gr. Exurge domine fer opem nobis: et libera nos propter nomen tuum. V. Deus auribus nostris audiuimus/ patres nostri annunciauerunt nobis/ opus quod operatus es in diebus eorum/ et in diebus antiquis. Secundum Johannem.

Psal. xliij

vij. B



In illo tempore. Jam die festo mediante ascendit iesus in templum: et docebat. Et mirabantur iudei: dicentes. Quomodo hic literas scit: cum non didicerit? Respondit eis iesus: et dixit. Mea doctrina non est mea: sed eius qui misit me. Si quis voluerit voluntatem eius facere: cognoscet de doctrina vtrum ex deo sit/ an ego a meipso loquar. Qui a semetipso loquitur: gloriam propriam querit. Qui autem querit gloriam eius qui misit illum/ hic verax est: et iniustitia in illo non est. Nonne moyses dedit vobis legem: et nemo ex vobis facit legem? Quid me queritis interficere? Respondit turba: et dixit. Demonium habes. Quis te querit interficere? Respondit iesus: et dixit eis. Unum opus feci: et omnes miramini. Propterea moyses dedit vobis circuncisionem: non quia ex moyse est/ sed ex patribus. Et in sabbato circunciditis hominem. Si circuncisionem accipit homo in sabbato vt non soluatur lex moysi: michi indignamini quia totum hominem sanum feci in sabbato? Nolite iudicare secundum faciem: sed iustum iudicium iudicate. Dicebant autem quidam ex hierosolymis. Nonne hic est quem querunt interficere? Ecce palam loquitur: et nichil ei dicunt. Numquid vere cognouerunt principes: quia hic est christus? Sed hunc scimus vnde sit: christus autem cum venerit nemo scit vnde sit. Clamabat ergo docens in templo iesus: et dicens. Et me scitis: et vnde sim scitis. Et a meipso non veni: sed est verus qui misit me/ quem vos nescitis. Ego autem scio eum. Et si dixero quia nescio eum: ero similis vobis mendax. Sed scio eum quia ab ipso sum: et ipse me misit. Querebant ergo eum apprehendere/ et nemo misit in illum manus: quia nondum venerat hora eius. De turba autem: multi crediderunt in eum. Offer. Expectans expectaui dominum et respexit me: et exaudiuit deprecationem meam/ et immisit in os meum canticum nouum: hymnum deo nostro. V. Statuit supra petram pedes meos: et direxit gressus meos. Secreta.

Psal. xxxix.

Fidelium tuorum quesumus domine hostias propitius intuere: vt quod oblatum est pro obsequium et deuotorum vota famulorum/ tua potius propitiatione firmetur. Per. Prefa. Qui corporali ieiu. Com. Letabimur in salutari tuo: et in nomine domini dei nostri magnificabimur. Postcommunio.

P. xix.

Prosit nobis quesumus domine sacer cibus potusque salutaris: qui et temporalem vitam muniat/ et prestet eternam. Per. Super populum. Humiliate capita vestra deo. Oratio.

Miserere qs dñe ppl'o tuo: et
continuis tribulationibus
laborantē propitius respirare con
cede. Per dñm. ¶ Feria .iiij. post
Letare. Ad missam. Officium.
ezech. xxxvi. E Dum sanctificatus fuero
i vobis: cōgregabo vos
de vniuersis terris: & effū
dam super vos aquā mū
dam: et mundabimini ab omnib⁹
inquinamentis vestris: & dabo vo
bis spiritum nouum. ps. Benedicā
Psal. dominū in omni tempore: semp laus ei⁹
xxxiii. in ore meo. Sequitur orō sine Dñs
vobiscū. sed tm̄ cū Oremus. & Fle-
ctamus genua Leuate. Oratio.
Deus q̄ et iustis premia me
ritorū/ et peccātib⁹ per ieiu-
niū veniam prebes: miserere suppli
cib⁹ tuis/ vt reat⁹ nr̄i confessio in
dulgentiā valeat percipere delicto
rū. Per. Lctō Ezechielis pphete.
xxxvi. E Hec dicit dñs deus. Sctifica-
bo nomē meum magnū/ vt
sciāt gētes q2 ego dñs: cū sctifica-
tus fuero i vobis corā eis. Tol-
lam q̄ppe vos de gentib⁹/ et cōgre
gabo vos de vniuersis terris: & ad
ducam vos i terram vestram. Et
effundā sup vos aquā mūdam: et
mūdabimini ab oībus iquinamē-
tis vestris: et ab vniuersis idolis
vestris mūdabo vos. Et dabo vo
bis cor nouum: et spiritum nouū
ponā i medio vestri. Et auferā cor
lapideum de carne vestra/ et dabo
vobis cor carneū: et spiritū nouū
ponā in medio vestri. Et faciā vt i
preceptis meis ambuletis: et iudi-
cia mea custodiatis/ et operemini.
Et habitabitis in terra quā dedi
patribus vestris: et eritis michi in
populum/ et ego ero vobis in deū.
Dicit dñs oēs. Gr. Venite filii au
dite me: timorem dñi docebo vos. V. Ac
cedite ad eū & illuminamini: et facies ve
stre nō confundent. Non repetat gr.
sed sequat Dñs vobiscum. & Fle
ctamus genua Leuate. Oratio.
Presta q̄s oīps deus vt quos
ieiunia votiua castigāt: ip-
sa quoq3 deuotio sācta letificet: vt
terrenis affectib⁹ mitigatis faci-
li⁹ celestia capiam⁹. Per. Hic dīr
mēo. cōsuete. Lctō Esaie pphete.
Hec dicit dñs de⁹. Lauami-
ni/ mūdi estote: auferte ma-
lū cogitationū vestrarū ab oculis
meis. Quiescite agere peruerse: di
scite benefacere. Querite iudiciū/
subuenite oppresso/ iudicate pupil
lo/ defendite viduam & venite et ar
guite me: dicit domin⁹. Si fuerint
peccata vr̄a vt coccinū: quasi nix
dealbabuntur. Et si fuerint rubra
quasi vermiculus: velut lana alba
erunt. Si volueritis/ & audieritis
me: bona terre comedetis. Dicit do
min⁹ oīpotēs. Gr. Beata gens cui⁹
est dñs deus eorū: populus quem elegit
dñs in hereditatem sibi. V. Verbo dñi ce
li firmati sunt/ & spiritu oris eius omnis
virtus eorū. Tract⁹. De necessitati
bus meis. vt̄s feria .iiij. post Remi-
niscere. Euāge. Scd̄m Johannē.



In illo tē-
pore. Pre-
teriens iesus vi
dit hominem ce
cum a natiuita-
te. Et interro-
gauerunt eū di-
scipuli ei⁹. Rab-
bi/ quis peccauit: hic aut parentes eius vt cecus nasceretur: Respondit iesus. Neq3 hic peccauit/

neqꝫ parentes eius: sed vt mani festentur opera dei in illo. Me oportet operari opera eius qui misit me: donec dies est. Venit nox: quando nemo potest operari. Quamdiu sum in mundo: lux sum mundi. Hec cum dixisset: expuit in terram/ et fecit lutum ex sputo/ et liniuit lutum super oculos eius: et dixit ei. Vade/ et lauare in natatoria siloe: quod interpretatur missus. Abijt ergo et lauit: et venit videns. Itaqꝫ vicini et qui viderant eum prius quia mendicus erat: dicebant. Nonne hic est qui sedebat et mendicabat? Alij dicebant quia hic est: alij autem nequaquam/ sed similis est eius. Ille vero dicebat: quia ego sum. Dicebant ergo ei. Quomodo aperti sunt tibi oculi? Respondit. Ille homo qui dicitur iesus/ lutum fecit et vnxit oculos meos: et dixit michi. Vade ad natatoriam siloe/ et laua. Et abij/ et laui: et video. Dixerunt ei. Ubi est ille? Ait. Nescio. Adducunt eum ad phariseos: qui cecus fuerat. Erat autem sabbatum quando lutum fecit iesus: et aperuit oculos eius. Iterum ergo interrogabant eum pharisei: quomodo vidisset. Ille autem dixit eis. Lutum posuit michi super oculos: et laui/ et video. Dicebant ergo ex phariseis quidam. Non est hic homo a deo: qui sabbatum non custodit. Alij autem dicebant. Quomodo potest homo peccator hec signa facere? Et schisma erat inter eos. Dicunt ergo ceco iterum. Tu quid dicis de eo qui aperuit oculos tuos? Ille autem dixit quia propheta est. Non crediderunt ergo iudei de illo quia cecus fuisset et vidisset: donec vocauerunt parentes eius qui viderat/ et interrogauerunt eos: dicentes. Hic est filius vester quem vos dicitis quia cecus natus est? Quomodo ergo nunc videt? Responderunt ei parentes eius: et dixerunt. Scimus quia hic est filius noster: et quia cecus natus est. Quomodo autem nunc videat/ nescimus: aut quis eius aperuit oculos: nos nescimus. Ipsum interrogate. Etatem habet: ipse de se loquatur. Hec dixerunt parentes eius: quoniam timebant iudeos. Iam enim conspirauerant iudei vt si quis eum confiteretur esse christum/ extra synagogam fieret. Propterea parentes eius dixerunt quia etatem habet: ipsum interrogate. Vocauerunt ergo rursum hominem qui fuerat cecus: et dixerunt ei. Da gloriam deo: nos scimus quia hic homo peccator est. Dixit ergo eis ille. Si peccator est nescio: vnum scio/ quia cecus cum essem modo video. Dixerunt ergo illi. Quid fecit tibi: aut quomodo aperuit tibi oculos? Respondit eis. Dixi vobis iam et audistis: quid iterum vultis audire? Numquid et vos vultis discipuli eius fieri? Maledixerunt ergo ei: et dixerunt. Tu discipulus illius sis: nos autem moysi discipuli sumus. Nos scimus quia moysi locutus est deus: hunc autem nescimus vnde sit. Respondit ille homo: et dixit eis. In hoc enim mirabile est/ quia vos nescitis vnde sit: et aperuit oculos meos. Scimus autem quia peccatores deus non audit. Sed si quis dei cultor est/ et voluntatem eius facit: hunc exaudit. A seculo non est auditum quia aperuit quis oculos ceci nati. Nisi esset hic a deo: non poterat facere quicquam. Responderunt: et dixerunt ei. In peccatis natus es totus: et tu doces nos. Et eiecerunt eum foras.

Audiuit ies⁹ qꝫ eiecerūt eū foras: ⁊ cum inuenisset eum/ dixit ei. Tu credis in filiū dei? Respōdit ille: et dixit. Quis est domie/ vt credā in eum? Et dixit ei iesus. Et vidisti eum: et qui loquit tecū/ ipse est. At
p. liv. ille ait. Credo domie. Et ꝓcidens adorauit eū. Offer. Benedicite gentes dn̄m deū nostrum: et obaudite vocem laudis eius. q̄ posuit animā meam ad vitam: ⁊ non dedit cōmoueri pedes meos. benedictus dn̄s qui non amouit depreca tionem meā ⁊ miam suam a me. V. Jubilate deo oīs terra: psalmum dicite nomini ei⁹: date gloriā laudi ei⁹. Secreta.

Supplices te rogamus oп̄s deus: vt his sacrificijs pctā nr̄a mundent: qꝫ tunc verā nobis tribuis et mentis ⁊ corporis sanctitatē. Per d. Prefa. Qui corporali
Joh. ix. C ieiu. Cōio. Lutū fecit ex sputo domin⁹: ⁊ liniuit oculos meos: ⁊ abij/ ⁊ laui/ et vidi/ ⁊ credidi deo. Postcommunio.

Sacramentā que sumpsim⁹ dn̄e deus noster: et spiritalibus nos repleant alimentis: ⁊ corporalibus tueantur auxilijs. Per dn̄m. Super populum. Humiliate capita vestra deo. Oratio.

Pateāt aures mie tue domie ꝓcib⁹ supplicantiū: et vt petētib⁹ desiderata cōcedas: fac eos q̄ tibi placita sunt postulare. Per.

¶Feria. v. post Letare. Officiū.
p. ciiij. Letetur cor querentium dn̄m: querite dn̄m ⁊ confirmamini: querite faciem eius semper. ps. Cōfitemini dn̄o et inuocate nomen eius: annunciate inter gentes opera eius. Flectamus genua Leuate. Oratio.

Presta q̄s oп̄s de⁹: vt quos ieiunia votiua castigant/ ipsa quoqꝫ deuotio sancta letificet: vt terrenis affectib⁹ mitigatis facilius celestia capiamus. Per dominum. Lectio libri Regum.

In dieb⁹ illis. Uenit mulier sunamitis ad heliseū ꝓphetā: in montē carmeli. Cumqꝫ vidisset eā vir dei decontra: ait ad giezi puerū suum. Ecce sunamitis illa. Uade ergo i occursum ei⁹: ⁊ dic ei. Recte ne agit circa te/ ⁊ circa virū tuū/ et circa filiū tuū? Que r̄ndit recte. Cūqꝫ venisset ad virum dei in montē: apprehendit pedes eius. Et accessit giezi: vt amoueret eā. Et ait homo dei. Dimitte eā: aia enī eius in amaritudine est: et dn̄s celauit a me: ⁊ nō indicauit michi. Que dixit illi. Nunqd petiui filiū a dn̄o meo? Nunqd non dixi tibi: ne illudas me? Et ille ait ad giezi. Accinge lumbos tuos: ⁊ tolle baculum meū in manu tua/ et vade. Si occurrerit tibi homo/ nō salutes eū: et si salutauerit te quispiā nō respondeas illi: ⁊ ponas baculum meū super faciē pueri. Porro mater pueri ait. Uiuit domin⁹/ ⁊ viuit aia tua: non dimittā te. Surrexit ergo: et secut⁹ est eam. Giezi aūt precesserat ante eos: et posuerat baculū sup faciem pueri: ⁊ non erat vox neqꝫ sens⁹. Reuersusqꝫ est giezi in occursum eius: et nunciauit ei/ dicens, Non surrexit puer. Ingressus est ergo heliseus domum: et ecce puer mortu⁹ iacebat in lectulo eius. Ingressusqꝫ clausit ostiū super se ⁊ sup puerū: et orauit ad dn̄m. Et ascēdit ⁊ incubuit sup puerū: posuitqꝫ os suum sup os eius/ et oculos suos sup oculos eius/ ⁊ man⁹ suas sup man⁹ eius/

et incuruauit se super eū/ et calefa-
cta est caro pueri. At ille reuersus
deambulabat in domo semel: huc
atqꝫ illuc. Et ascendit et incubuit
super puerum: et oscitauit puer
septies: aperuitqꝫ oculos suos. At
ille vocauit giezi: et dixit ei. Voca
sunamitem hanc. Que vocata in-
gressa est ad eū. Cui ait. Tolle fili-
um tuum. Venit illa ꝫ corruit ad pe
des eius: et adorauit super terram.
Tulitqꝫ filium suū: ꝫ egressa est.
Heliseus vero reuersus est in gal-
gala. Gr. Respice dñe i testamentū tu
um et aīas pauperū tuorū ne obliuiscaris in finē. ℣. Exurge dñe et iudica cau-
sam tuam: memor esto opprobrij seruorū
tuorū. Euange. Scd̄m Johannē.

Psal. lxxiij

v. C



In illo tem
pore. Di-
xit iesus turbis
iudeorū. Pater
meus vsqꝫ modo
operatur: et ego
operor. Propter
ea ergo magis q̄
rebant eum iu-
dei interficere/ quia non solū solue
bat sabbatū: sed ꝫ patrem suum di
cebat deū/ equalem se faciens deo.
Respondit itaqꝫ iesus: et dixit eis.
Amen amen dico vobis: nō potest
filius a se facere quicq̄: nisi qđ vide
rit patrem facientem. Quecunqꝫ
enim ille fecerit: hec ꝫ filius simili-
ter facit. Pater enim diligit filiū ꝫ
oīa demonstrat ei que ipse facit: et
maiora his demōstrabit ei opera/
vt et vos miremini. Sicut enī pa-
ter suscitat mortuos et viuificat:
sic et filius quos vult viuificat.
Neqꝫ enī pater iudicat quēq̄: sed
oē iudiciū dedit filio/ vt oēs hono
rificent filium sicut honorificant
patrē. Qui non honorificat filiū:
nō honorificat patrē q̄ misit illū.
Amen amen dico vobis: qꝛ q̄ ver-
bū meū audit/ et credit ei qui misit
me: habet vitam eternam. Et in iu-
diciū non venit: sed transiet a mor
te in vitā. Amen dico vobis qꝛ ve-
nit hora et nunc est/ qn̄ mortui au-
dient vocē filij dei: ꝫ qui audierint
viuēt. Sicut enim pater habet vi
tā in semetipso: sic dedit et filio vi
tā habere in semetipso. Et potesta
tē dedit ei iudiciū facere: quia fili⁹
hominis est. Nolite mirari hoc: qꝛ
venit hora in qua omnes q̄ in mo-
numentis sunt: audient vocē filij
dei. Et procedent q̄ bona fecerūt in
resurrectionē vite. Qui vero ma-
la egerunt: in resurrectionem iudi
cij. Offer. Dñe ad adiuuandum me fe-
stina: confundantur oēs aduersarij mei Psal. xxxix
qui cogitant michi mala. ℣. Expectans
expectaui dominum: et eduxit me de lacu
miserie et de luto fecis. Secreta.

Purifica nos misericors de-
us/ vt ecclesie tue preces que
tibi grate sunt pia munera deferē-
tes: fiant expiatis mentibus gra-
tiores. Per dñz. Prefatio. Qui cor
porali ieiuni. Cōio. Dñe memorabor ꝑ. lxx
iusticie tue solius. deus docuisti me a iu-
uentute mea: ꝫ vsqꝫ in senectam ꝫ senium
deus ne derelinquas me. Postcōio.

Celestia dona capientib⁹ q̄-
sumus domine vt non ad iu-
diciū prouenire patiaris: qđ tuis
fidelibus ad remedium prouidisti.
Per dnm. Sup populum. Humi-
liate capita vestra deo. Oratio.

Populi tui deus institutor et
rector/ peccata quibus im-
pugnatur expelle: vt semper tibi

placitus/et tuo munimine sit secu
rus. Per dñm. ¶ Feria. vj. post
Letare. Ad missam. Officium.
Psal. xviij. Meditatio cordis mei in
cõspectu tuo semper do-
mine adiutor me⁹/et re
demptor meus. ps. Celi
enarrant gloriam dei: et opera manuum
eius annunciat firmamentum. Flecta
mus genua Leuate. Oratio.
Deus qui ineffabilibus mũ-
dum renouas sacramẽtis:
presta quesum⁹ vt ecclesia tua eter
nis proficiat institutis: & tempora
libus non destituatur auxilijs.
Per dominũ. Lectio libri regum.
iii. rb ii. D In dieb⁹ illis. Egrotauit fi-
lius mulieris matrisfami-
lias/et erat lãguor fortissim⁹: ita
vt non remaneret in eo halit⁹. Di-
xit ergo ad heliam. Quid michi &
tibi vir dei? Ingress⁹ es ad me vt
rememorarẽtur iniquitates mee:
et interficeres filiũ meũ? Et ait ad
eam helias. Da michi filiũ tuum.
Tulitq; eũ de sinu illius: et porta-
uit eũ in cenaculum vbi ipse mane
bat. Et posuit eũ sup lectũ suũ: et
clamauit ad dominũ/& dixit. Dñe
deus meus: etiã ne viduã apd quã
ego vtcunq; sustentor afflixisti: vt
interficeres filiũ ei⁹? Et expandit
se/atq; mensus est sup puerum tri-
bus vicibus: clamauitq; ad dñm
et ait. Dñe deus me⁹: reuertatur oro
anima pueri hui⁹ in viscera eius.
Exaudiuit autem dñs vocẽ helie:
et reuersa est aĩa pueri intra eum/
et reuixit. Tulitq; helias puerum:
et deposuit eum de cenaculo in infe
riorẽ domũ: et tradidit illũ matri
sue: & ait illi. En/viuit filius tu⁹.
Dixitq; mulier ad heliã. Nunc in
isto cognoui quoniã vir dei es tu:
& verbũ dñi i ore tuo verũ est. Gr.
Bonum est confidere in dño: q̃ confidere Psal. cxvij.
in homine. V. Bonũ est sperare in domi-
no: q̃ sperare in principib⁹. Tractus.
Dñe non secundum. vt s feria sexta
post Oculi. Secũdum Johannẽ.



In illo tpe. xi.
Erat qui-
dam langues la
zar⁹ a bethania:
de castello marie
& marthe soror̃
eius. Maria au-
tem erat que vn-
xit dominũ vn-
guẽto: & extersit capillis suis/cui⁹
frater lazarus infirmabatur. Mi
serunt ergo sorores eius ad eum: di
cẽtes. Domine: ecce quem amas/
infirmatur. Audiens autem ies⁹:
dixit eis. Infirmitas hec non est
ad mortem: sed pro gloria dei/vt
glorificetur filius dei per eam. Dili
gebat aũt iesus martham: et soro
rẽ eius mariã/et lazarũ. Ut ergo
audiuit quia infirmabatur: tunc q̃dem
ii.B In dieb⁹ illis. Stans petr⁹ cū vndecim: eleuauit vocē suā et locut⁹ est eis. Uiri iudei et q̄ habitatis hierusalē vniuersi: hoc vobis notū sit, et auribus pcipite verba mea. Nō em̄ sicut vos estimatis hi ebrij sunt: cum sit hora diei tertia. Sed hoc est qd̄ dictum est per pphetā iohel. Et erit in nouissimis dieb⁹ dicit dñs: effūdam de spū meo sup omnē carnem. Et prophetabūt filij vestri et filie vestre: et iuuenes vestri visiōes videbūt, et seniores vr̄i sōnia somniabunt. Et qdē sup seruos meos et sup ācillas meas, in dieb⁹ illis effundā de spū meo: et pphetabūt. Et dabo prodigia in celo sursum: et signa in terra deorsum: sanguinem, et ignē, et vaporē fumi. Sol cōuertetur in tenebras, et luna in sanguinē: anteq̄ veniat dies dñi magnus et manifestus. Et erit. Ois q̄cūq̄ inuocauerit nomē dñi: saluus erit. Alla. V. Loq̄bantur varijs linguis apl̄i magnalia dei. Repetatur alla sine pneumate. Sequen. Actuū xix.B

Lux iocunda lux insignis: qua de throno miss⁹ ignis in xp̄i discipl̄os. Corda replet linguas ditat: ad cōcordes nos inuitat, lingua cordis modulos. Xp̄s misit qd̄ pmisit: pign⁹ spōse quā reuisit: die quinquagesima. Post dulcorē melleū: petra fudit oleū, petra iam firmissima In tabellis saxeis nō in linguis igneis, lex de monte pp̄lo. Paucis cordis nouitas: et linguarū vnitas, datur in cenaculo. O q̄ felix q̄ festiua dies in qua primitiua, fūdatur ecclia. Uiue sunt primitie: nascentis ecclesie, tria primū milia. Panes legis primitiui: sub vna sunt adoptiui, fide duo populi. Se duob⁹ interiecit: sicq̄ duos vnū fecit, lapis caput anguli. Utres noui nō vetusti: sunt capaces noui musti: vasa parat vidua. Liquorē dat

helisei: nobis sacrũ rorẽ deus: si cor-
da sint cõgrua. Nõ hoc musto vel
liquore nõ hoc sumus digni rore/ si
discordes moribus. In obscuris et di
uisis: nõ põt hec paclisis/ habita-
re cordibus. Cõsolator alme veni/
linguas reple corda leni/ nichil fel
lis aut veneni sub tua põtia. Nil
iocundũ nil amenũ: nil salubre nil
serenũ: nichil dulce nichil plenũ:
sine tua grã. Tu lumen es et vn-
guẽtũ: tu celeste cõdimentũ: aq̃ di
tãs elemẽtũ: võtute mysterij. No-
ua facti creatura: te laudamus mẽ
te pura: grẽ nũc/ sed natura prius
ire filij. Tu q̃ dator es et donũ: nři
cordis oẽ bonũ: cor ad laudẽ red-
de pronũ: nře ligue formãs sonũ:
in tua preconia. Tu purga nos a
pctis: auctor ipse pietatis: et i xp̃o
renouatis: da pfecte nouitatis: ple
na nobis gaudia. Euã. S. Iohẽm

vi. C. 

IN illo tp̃e. Dixit iesus discipulis suis: et turbis iudeorũ. Nemo põt venire ad me: nisi pr̃ q̃ misit me/ traxerit eũ. Et ego
resuscitabo eum i nouissimo die.
Est scriptũ in prophetis. Et erũt
oẽs docibiles dei. Ois q̃ audiuit
a prẽ et didicit: venit ad me. Non
q2 patrẽ vidit quisq̃: nisi is q̃ est a
deo/ hic videt patrẽ. Amẽ amẽ di-
co vobis: q̃ credit i me/ habet vitã
eternã. Ego sũ panis vite. Pr̃es
vři mãducauerũt mãna in deser-
to: et mortui sunt. Hic est panis de
celo descẽdens: vt si qs ex ipso mã
ducauerit/ nõ moriat. Ego sũ pa
nis viuus: q̃ de celo descendi. Si qs
mãducauerit ex hoc pane: viuet i
eternum. Et panis quẽ ego dabo
caro mea est p mũdi vita. Credo.
Offr. Meditabor in mandatis tuis q̃ Psal. cxviij.
dilexi valde: et leuabo manus meas ad
mãdata tua que dilexi alla. Secreta.

OBlata tibi domine q̃sumus munera spiritus sanctus san-
ctificet: et eorum nos participatio
ab omniũ peccatorũ cõtagione cu-
stodiat. Per eũdem. eiusdẽ. Cõio.
Pacẽ meã do vobis alleluia: pacem relin- Joh. xiiij.
quo vobis alleluia alla. Postcõio.

PEr huius dñe virtutẽ myste- D
rij tue nos claritatis perpe-
tuus splendor illustret. et consub-
stãtialis tibi et filio grã spũs sci
illuminet. Qui te. ¶ Fer. v. post
pente. Officium. vt s. in die pẽthe-
co. folio. ciiij. sine versibus. Oro.

PResta q̃s oĩps et misericors
deus: vt spũs sanctus adue-
niẽs tẽplũ nos grẽ sue dignanter
ihabitãdo pficiat. Per dñm. i vni-
tate eiusdẽ. Lectio actuũ aplor.

IN diebus illis. Philippus Act. 8
descendẽs in ciuitatẽ sama-
rie: predicabat illis xp̃m. Intende-
bant autẽ turbe his que a philip-
po dicebãtur vnanimiter audien-
tes: et vidẽtes signa que faciebat.
Multi eni eorũ q̃ habebãt spiri-
imundos: clamãtes voce magna
exibant. Multi autẽ paralytici et
claudi: curati sunt. Factum est er-
go gaudiũ magnũ: in illa ciuita-
te. Alla. V. Emitte spiritũ tuũ et crea- Ps. ciij.
buntur: et renouabis faciẽ terre. Alla.
V. Factus est repẽte de celo sonus adue- Act. ij.
nientis spũs vehementis. Sequentia.

ALma chorus dñi nunc pã
gat noĩa summi. Messias
sother/ emanuel/ sabaoth/ ado-

nai. Est vnigenit⁹/via/vita/manus/homousion. Pricipiū/primogenit⁹/sapiētia/virt⁹. Alpha/caput/finisq simul vocitat̄ et est oo. Fons et origo boni/paraclitus ac mediator. Agnus/ouis/vitulus serpens/aries/leo/vermis. Os/verbū/splēdor/sol/gloria/lux/et imago. Panis/flos/vitis/mons ianua/petra/lapisq. Angelus/et sponsus/pastorqz/propheta/sacerdos. Athanatos/kyrios/theos/et panton craton/isus. Saluificet nos. sit cui secla. Per omnia dora. Secūdum Lucam.

ix. A



In illo tpe Conuocatis Jesus duodeci aplis dedit illis virtutem et potestatem sup oia demonia: et vt lāguores curarēt. Et misit illos pdicare regnū dei: et sanare infirmos. Et ait ad illos. Nic hil tuleritis i via: neqz virgam/neqz peram/neqz panē/neqz pecuniā/neqz duas tunicas habeatis. Et i quācunqz domū intraueritis/ibi manete: et ide ne exeatis Et qcūqz nō receperint vos: exeūtes de ciuitate illa/etiā puluerē pedū vestrorū excutite in testimoniū supra illos. Egressi autē circuibāt per castella euangelizantes: et curantes vbiqz. Credo. Offr. Confirma hoc deus quod operatus es in nobis a templo tuo quod est in hierusalem: tibi offerent reges munera alleluia. Secreta.

Psal. lxvij.

Uirtute sācti spūs dñe munera nr̄a cōtige: vt qd solēnitate psenti tuo noi dedicam⁹/et

intelligibile nobis faciat: et eternū. p do. in vni. eiusd. Coio Factus est repente de celo son⁹: aduenientis spūs vehementis: vbi erāt sedentes alla: et repleti sūt omnes spiritu sancto loquentes magnalia dei alleluia alla. Postcōio. Actuū ij.

Sacrificijs celestib⁹ qs dñe operāte spū sctō/vitia nr̄a purgētur: vt munerib⁹ tuis semp possim⁹ aptari. Per dominū. In vnita. eiusd. ¶ Feria. vj. quatuor temporum. Ad missam. Officiū.

Repleatur os meū laude tua alla: vt possim cantare alla: gaudebunt labia mea dum cātauero tibi alla alla. Ps In te domie speraui non confundar in eternum: in iustitia tua libera me/et eripe me. Oratio. ps. lxx

Da qs eccl̄ie tue misericors de⁹: vt spū sctō cōgregata/hostili nullaten⁹ icursiōe turbet̄. Per d. i vni. eius. Lctō act. aplor.

In dieb⁹ illis. Aperiēs petr⁹ os suū: dixit. Uiri israelite: audite vba hec. Jesū nazarenum virū approbatū a deo i vobis: virtutib⁹ et pdigijs et signis q̄ fecit p illū de⁹ i medio vr̄i sicut vos scitis: hūc definito cōsilio et pscientia dei traditū p man⁹ iniquorū affigētes interemistis. Quē de⁹ suscitauit/solutis dolorib⁹ iferni: iuxta qd ipossibile erat teneri illū ab eo. Dauid eñ dicit in eū. Prouidebā dñm in cōspectu meo semper: qm a dextris est michi ne cōmouear. Propter hoc letatū est cor meū/et exultauit ligua mea: isup et caro mea requiescet i spe. Qm nō derelinques aiaz meā i iferno: nec dabis sctm̄ tuū videre corruptionē. Notas michi fecisti vias vite: reple- ij. D

bis me iocũditate/cum facie tua.
p.ciii. Alla. V. Emitte spm tuũ et creabunt et renouabis faciẽ tre. Alla. V. Sps dñi repleuit orbẽ terrarũ: et hoc qd conti net oĩa sciẽtiã habet vocis. Sequẽtia.

Laudes deo iã deuota. Dulci voci ac sonora. Plebs resonet catholica. Spiritus sancti gratia. Apostolis die hodierna. In igneis linguis est infusa. Paracliti presentia. Emundet nos a peccati macula. Pura sibi aptans habitacula. Charismatũ ac munera. Pectorib9 nr̃is pi9 ĩfundat. Uita nr̃a ei vt complaceat. Per secula scl'a. Cõclamem9 alla. Sit deo laus/potestas/honor/virtus et gloria. Euange. Scdm Lucã.

b. D 

In illo tpe. Factũ est in vna dierũ: et iesus sedebat docens. Et erant pharisei sedẽtes et legis doctores q̃ venerant ex oĩ castello galilee/ et iudee et hierusalẽ: et virtus dñi erat ad sanandũ eos. Et ecce viri portãtes in lecto hoĩem q̃ erat paralyticus: et querebãt eũ inferre et ponere ante eũ. Et nõ inuenientes qua parte illũ inferrẽt pre turba: ascẽderũt supra tectũ: et p tegulas submiserũt illũ cũ lecto ĩ medio ante iesum. Quorũ fidẽ vt vidit: dixit. Hõ/remittunt tibi pctã tua Et ceperũt cogitare scribe et pharisei dicentes. Quis est hic q̃ loquit blasphemias: Quis potest dimittere pctã: nisi solus de9: Ut cognouit aũt iesus cogitatiões eorũ: rñdẽs dixit ad illos. Quid cogitatis mala ĩ cordib9 vr̃is: Quid est facilius dicere dimittunt tibi pctã: an dicere surge et ãbula: Ut aũt sciatis qr fili9 hois hz potestatẽ ĩ terra dimittẽdi pctã: ait paralytico. Tibi dico surge: tolle lectũ tuũ/et vade in domũ tuã. Et cõfestĩ surgẽs/corã illis tulit lectũ in quo iacebat: et abijt in domũ suã magnificans deũ. Et stupor apprehẽdit oẽs: et magnificabãt deũ. Et repleti sũt timore dicẽtes: qr vidim9 mirabilia hodie. Credo. Offer. Lauda aĩa mea dñm: laudabo dñm ĩ vita mea: psallam deo meo q̃diu ero alla. Secreta. Phi. cxlv.

Sacrificia domine tuis oblata cõspectib9/ille ignis diuin9 absumat: q̃ discipulorũ christi tui per spm sanctũ corda succẽdit. Per eundẽ. ĩ vnitate eiusdem.

Cõio. Spirit9 vbi vult spirat: et vocem eius audis: sed nescis vnde veniat aut quo vadat alleluia alla. Postcõio. Jo. iii. 3

Concede q̃s oĩps de9: vt huius pceptiõe sacramẽti ita nostre fragilitatis vitia expurgẽtur: quaten9 p spm sãctum repromissum ĩ nobis donũ tue gr̃e sentiamus. Per do. in vnitate eiusdẽ.

¶ Sabbato. iiij. tẽporũ. Officiũ.

Charitas dei diffusa est ĩ cordibus vestris alla: p inhabitãtẽ spm ei9 ĩ vobis alla alla. Ps. Dñe deus salutis mee: in die clamaui et nocte corã te. Kyrie el. solenniter dr absq3 V. Sequat Glia in excel. sicut infra oct. cũ regi. cho. Oẽs orones sine Dñs vob. dñr. pter vltimã q̃ est ãte epist. sed tm cũ Oremus. Et oẽs lectiones cũ suis titulis legãtur ad grad. cho. ĩ suppellicijs. Prima ho lectõ ab accolito/et alie a clericis de Rom. v. 3 p. lxxxvii.

secunda forma legant: tn̄.v.lec.ab aliquo de superiori gradu legat. Et singula Alla. a duob⁹ pueris in suppellicijs ibidē cantētur sine repetitione Alla. post suū V. Oratio.

Mentib⁹ nr̄is q̄s dn̄e spiritū sctm̄ benign⁹ īfunde: cuius et sapientia cōditi sum⁹: et ꝓuidētia gubernamur. Per. in vnitate eiusdē. Lectio iohelis prophete.

ij.G Hec dicit dn̄s de⁹. Effundā de spū meo sup oēm carnē: et ꝓphetabūt filij vr̄i/ et filie vr̄e. Senes vr̄i somnia somniabūt: et iuuenes vestri visiones videbunt. Sed ꝛ sup seruos meos ꝛ ancillas meas/ in dieb⁹ illis effundā de spū meo. Et dabo ꝓdigia ī celo sursū: et signa in terra deorsū/ sanguinē et ignē et vaporē fumi. Sol cōuertet in tenebras/ ꝛ luna ī sanguinē: anteq̄ veniat dies dn̄i magnus et horribilis. Et erit. Ois quicunq̄ inuocauerit nomē dn̄i: saluꝰ erit.

ꝑ.ciii. Alla. V. Emitte spiritū tuū ꝛ creabuntur: ꝛ renouabis faciē terre. Nō repetit Alla. post V. sed dicit Orem⁹. Or.

Illo nos igne q̄s dn̄e spirit⁹ sctūs īflāmet: quē dn̄s nr̄ iesus xp̄s misit in terrā: ꝛ voluit vehementer accēdi. Qui tecum. In vnitate eiusd. Lectio libri leuitici.

xxiii. B In diebus illis. Locutus est dn̄s ad moysē dicēs. Loq̄re filijs isr̄l: ꝛ dices ad eos. Cū igressi fueritis terrā quā ego dabo vobis: et messueretis segetē: feretis manipulos spicarum: primitias messis vestre ad sacerdotē. Qui eleuabit fasciculū corā dn̄o vt acceptabilis sit ꝓ vobis/ altero die sabbati: et sctificabit illū. Numerabitis ergo ab ipso die ī quo obtulistis manipulos primitiarū: septē hebdomadas plenas/ vsq̄ ad alterā diē expletionis hebdomade septime. Et sic offeretis sacrificiū nouū domino: ex oib⁹ habitaculis vestris. Panes primitiarū duos de duab⁹ decimis simile: quos eleuabit sacerdos corā dn̄o. Et vocabitis hūc diem celeberrimum/ atq̄ sanctissimū. Omne op⁹ seruile nō facietis in eo. Legitimū sempiternū erit in cunctis habitaculis: et generationibus vestris. Dicit dn̄s: oipotens. Alleluia. V. Ueni sancte spiritus reple tuorum corda fidelium: et tui amoris in eis ignem accende. Oratio. Eccl̄a

Deus qui ob animarū medelam/ ieiunij deuotione castigari corpora precepisti: concede nobis propitius et mente et corpore semper tibi esse deuotos. Per d.

¶ Lectio libri Deuteronomij.

In dieb⁹ illis. Dixit moyses filijs israel. Audi israel que ego precipio tibi hodie. Cum itraueris terram quā dominus deus tuus daturus est tibi possidēdam: et obtinueris eam/ atq̄ habitaueris in ea: tolles de cunctis frugib⁹ tuis primitias/ ꝛ pones ī chartallo. Pergesq̄ ad locum quem elegerit dominus deus tuus: vt ibi inuocetur nomen ei⁹. Accedesq̄ ad sacerdotem qui fuerit in diebus illis: et dices ad eum. Profiteor hodie coram domino deo tuo/ qui ex audiuit nos: et respexit humilitatem nostram/ et laborem nostrū/ atq̄ āgustias: ꝛ eduxit nos de egypto in manu forti/ et brachio extēto/ ī ingēti pauore/ in signis atq̄ portentis: et introduxit nos ad locum istum: ꝛ tradidit nobis terrā xxvi. A

lacte ꝛ melle manantē. Et idcirco
nūc offero pꝛimitias frugū terre:
quam dn̄s deus tuus dedit michi
Et dimittes eas i cōspectu dn̄i dei
tui: et adoꝛato dn̄o deo tuo/epula
beris in oib⁹ bonis q̄ dn̄s de⁹ tu⁹
Actuū dederit tibi. Alla. ℣ Loq̄bant va=
ii. A rijs linguis apl̄i: magnalia dei. Oro.
Presta q̄s omps deus: vt sa
lutaribus ieiunijs eruditi:
ab oib⁹ etiam vitijs abstinentes:
ppitiationē tuam facilius impe=
tremus. Per. Lctō libri Leuitici.
xxvi. In dieb⁹ illis. Dixit dn̄s ad
A moysen. Loq̄re filijs isrl̄: et
dices ad eos. Si in pꝛeceptis meis
ambulaueritis/et mandata mea
custodieritis et feceritis ea: dabo
vob pluuias tpib⁹ suis. Et terra
gignet germē suum: et pomis ar=
boꝛes replebunt. Apphendet mes
siū tritura vindemiā: ꝛ vindemia
occupabit semētē. Et comedetis
panē vestrū in saturitate: et absq̄
pauoꝛe habitabitis in terra vr̄a.
Dabo pacē in finib⁹ vr̄is: doꝛmie
tis/et nō erit q̄ exterreat. Auferā
malas bestias a vobis: ꝛ gladius
nō trāsibit termios vr̄os. Perseq̄
mini inimicos vr̄os: et coꝛruēt co
rā vobis. Persequētur quinq̄ de
vestris cētum alienos: et centū de
vobis decē milia. Cadent inimici
vestri in cōspectu vr̄o: gladio. Re=
spiciā vos: et crescere faciā. Mul=
tiplicabimini: ꝛ firmabo pactum
meū vobiscū. Comedetis vetustis=
sima veterum: ꝛ vetera nouis sup
uenietibus pjicietis. Ponā taber
naculū meū in medio vestri: et nō
abijciet vos vltra aīa mea. Am=
bulabo iter vos/et ero vester de⁹:
vosq̄ eritis ppl̄s me⁹. Dicit dn̄s

oēps. Alla. ℣ Fact⁹ est repēte de celo Act.
son⁹ aduenientis spūs vehemētis. Or. ii. A
Presta q̄s oēps deus sic nos
ab epulis carnalibus absti
nere: vt a vitijs irruētib⁹ pariter
ieiunem⁹. p. Lctō danielis pphete.
Angel⁹ dn̄i descēdit cū aza= iii. c
ria et socijs ei⁹ i foꝛnacē: et
excussit flāmā ignis de foꝛnace: et
fecit mediū foꝛnacis quasi vētum
roꝛis flātē. Flāma aūt diffusa est
sup foꝛnacē cubitis quadraginta
nouē/et icēdit quos reperit iuxta
foꝛnacē de chaldeis/ministros re
gis q̄ eam incendebāt. Illos aūt
oino nō tetigit ignis/neq̄ contrista
uit: nec q̄cq̄ molestie intulit. Tūc
hi tres quasi ex vno oꝛe: laudabāt
et gloꝛificabant et benedicebant
deū i foꝛnace: dicētes. Benedictus
es dn̄e de⁹ patrū nr̄oꝝ: et laudabi=
lis et gl'iosus ꝛ superaltat⁹ i secu=
la. Et bn̄dictū nomen glie tue qd
est sanctū: et laudabile et superal=
tatum i oibus seculis. Bn̄dict⁹ es
in tēplo sancto glie tue: et suplau=
dabilis et supgl'iosus in scl'a. Bn̄=
dict⁹ es in thꝛono regni tui: et sup
laudabilis et superaltat⁹ in scl'a.
Hic finiatur in quadragesima.
Bn̄dictus es sup sceptrū regni di
uinitatis tue: et suplaudabilis et
superaltat⁹ in secula. Bn̄dict⁹ es
q̄ intueris abyssos/et sedes super
cherubin: et laudabilis et superal
tat⁹ in secula. Bn̄dict⁹ es q̄ ambu
las sup pēnas vētoꝝ et super vn=
das maris: ꝛ suplaudabilis et sup=
eraltat⁹ in secula. Bn̄dict⁹ es in
firmamento celi: et laudabilis et
gl'ios⁹ in scl'a. Benedicite oia opa
dn̄i dn̄o: bn̄dicite celi dn̄o/benedi
cite angeli dn̄i dn̄o. Hymnū dicite:

et superaltate eū in secula. Benedicite aque oēs q̄ super celos sunt dño: bñdicite omnes virtutes dñi dño/ benedicite sol et luna domino. Hymnū dicite: et superexaltate eū i secula. Benedicite stelle celi dño/ benedicite imber et ros dño/ benedicite oīs spūs dei dño. Hymnū dicite: et superaltate eū in scl'a. Benedicite ignis et estus dño: benedicite noctes et dies dño/ benedicite tenebre et lumen dño. Hymnum dicite: et superaltate eū in scl'a. Benedicite frig⁹ et cauma dño: benedicite pruina et niues dño/ benedicite fulgura et nubes domino. Hymnū dicite: et superaltate eū in scl'a. Bñdicat terra dñm: bñdicite mōtes et colles dño/ benedicite oīa nascētia terre dño. Hymnū dicite: et superaltate eū in scl'a. Benedicite maria et flumina dño: benedicite fontes dño/ benedicite cete et oīa q̄ mouent in aquis dño. Hymnū dicite: et superexaltate eum in scl'a. Benedicite volucres celi domino: benedicite bestie et vniuersa pecora dño/ bened filij hoim domino. Hymnū dicite: et superaltate eū i scl'a. Benedicat isrl' dñm: benedicite sacerdotes dñi dño/ benedicite serui dñi dño. Hymnū dicite: et superaltate eū in scl'a. Benedicite spūs et anime iustorū domino: benedicite sācti et hūiles corde domino. Hymnū dicite: et superaltate eum in secula. Benedicite anania/ azaria/ misael dño. Hymnū dicite: et superaltate eū in secula.

¶ In vigilia scē trinitatis et in mense septēbris tota legat lectio. Duo clerici de secunda forma in suppellicijs ad gradū chori dicāt. Alleluia ℣. Benedictus es dñe deus patrum nostrorū: et laudabilis in secula. Dan. iij. c

Nō repetatur Alleluia. Sequatur Dñs vobiscū. Oremus. Oratio.

DEus qui trib⁹ pueris miti gasti flammas ignīu: concede ppiti⁹ vt adueniente spū sancto/ nos famulos tuos nō exurat flāma vitiorū. Per dñm. in vnitate eiusdē. Lectio actuum apl'orū.

IN dieb⁹ illis. Cōuenit vniuersa ciuitas audire verbū dei. xiii. G Uidētes autē turbas iudei: repleti sūt zelo/ et cōtradicebāt his q̄ a paulo dicebant blasphemātes. Tūc constāter paul⁹ et barnabas dixerūt. Uobis oportebat primū loq̄ verbū dei: sed qm̄ repulistis illud/ et idignos vos iudicastis eterne vite: ecce cōuertimur ad gētes. Sic em̄ nobis precepit dñs. Posui te in lucē gētibus: vt sis in salutē vsq̄ ad extremū terre. Audientes autē gentes gauisi sunt: et glorificabāt verbum dñi/ et crediderunt quotquot erāt p̄ordinati ad vitā eternā. Disseminabat aūt verbū dñi: p vniuersam regionē. Judei aūt cōcitauerūt religiosas mulieres et honestas/ et primos ciuitatis: et excitauerūt persecutionē in paulū et barnabā/ et eiecerunt eos de finibus suis. At illi excusso puluere pedū in eos: venerunt iconiū. Discipuli quoq̄ replebantur gaudio: et spū sancto. Et legat in pulpito. qua lecta: duo clerici de superiori gradu in cappis sericis ibidē dicāt Alla. ℣. Laudate dominū oēs gētes/ et collaudate eum omnes populi. Psal. cxvi.

Repetat alla. sine pneu. sequatur Alma chorus. vts. fer. v. p̄cedēte. fo. cvj. Euange. Secundū Lucā.

iiij.F 

IN illo tp̄e Surgens iesus de synagoga: introiuit in domū simonis. Socrus autē simonis tenebat magnis febrib⁹: et rogauerunt illū p ea. Et stans sup illā īperauit febri: et dimisit illā. Et ꝯtinuo surgēs: ministrabat illis. Cū sol aūt occidisset: oēs qui habebant infirmos varijs lāguorib⁹/ducebāt illos ad eū. At ille singulis manus imponens: curabat eos. Exibant autē demonia a multis: clamātia et dicētia q2 tu es filius dei. Et increpās non sinebat ea loq̄: q2 sciebāt ipsū esse xp̄m. Facta autē die: egressus ibat ī desertū locū/et turbe requirebāt eū. Et venerūt vsq3 ad ipsū: ⁊ detinebant illū ne discederet ab eis. Quib⁹ ille ait. Q2 et alijs ciuitatib⁹ oportet me euāgelizare: regnum dei. Credo. Offr.

p̄.lxxx. vii.F Domie deus salutis mee: in die clamaui et nocte coram te: intret oratio mea in cōspectu tuo domine alleluia. Secreta.

MItte dn̄e quesumus spiritum sanctū: qui ⁊ hec munera presētia tuum nobis efficiat sacramentum: ⁊ ad hoc percipiendum nostra corda purificet. Per dominum. ī vnitate eiusdē. Coio.

Joh. xiiii. D Non vos reliquam orphanos: veniā ad vos iterum alleluia/et gaudebit cor vestrum alleluia alleluia. Postcōio.

PRebeant nobis dn̄e diuinū tua sancta feruorē: quo eorum pariter et actu delectemur et fructu. Per dn̄m. in vnitate eiusd.

¶ In die sctē trinitatis. Officiū.



BEnedicta sit sancta trinitas/atq3 indiuisa vnitas: confitebimur ei quia fecit nobiscū misericordiā suā. Tob. xii. p̄s. Benedicam⁹ patrem et filium: cum sancto spiritu. Non dicitur vlterius. Oratio.

OMnīps sēpiterne deus: q̄ dedisti famulis tuis in cōfessiōe vere fidei eterne trinitatis gloriā agnoscere: et ī potētia maiestatis adorare vnitatē: q̄s vt eiusdem fidei firmitate/ab oībus semp muniamur aduersis. Qui vi. Lectio libri apocalypsis bti Johis apli.

IN dieb⁹ illis. Uidi ostium apertū in celo: et vox prima quā audiui/tanq̄ tube loquentis mecū: dicēs. Ascēde huc: et ostēdā tibi que oportet fieri cito post hec. Stati fui in spū. Et ecce sedes posita erat ī celo: et supra sedē sedēs. Et qui sedebat: silis erat aspectui lapidis iaspidis/et sardinis. Et iris erat in circuitu sedis: silis visioni smaragdine. Et in circuitu sedis: sedilia viginti quatuor. Et super thronos viginti quatuor seniores sedentes/circūamicti vestimentis albis: ⁊ in capitib⁹ eorum coronas aureas. Et de throno procedebāt fulgura/et voces/et tonitrua. Et septē lampades ardētes ante thronū: q̄ sūt septē spūs dei. Et in cōspectu sedis: tāq̄ mare vitreū sile crystallo. Et in medio sedis/et in circuitu sedis: quatuor aialia plena oculis ante et retro. Et aial primū: sile leoni. Et secun

aial sile vitulo. Et tertiū aial: habēs faciē quasi hoīs. Et quartū aial: sile aqle volāti. Et quatuor aialia: singula eorū habebāt alas senas. Et in circuitu et intus plena sunt oculis: et requiem non habebāt die ac nocte dicētia. Sctūs: sctūs/sctūs dn̄s deus oīps: q̄ erat et q̄ est et q̄ ventur⁹ est. Et cū darēt illa aialia gliam et honorē et benedictionē sedēti sup thronū/viuēti in scla sclor: pcidebāt vigintiquatuor seniores ante sedentē in throno. Et adorabāt viuentē: i scla seculor. Gr. Bn̄dict⁹ es dn̄e q̄ intueris abyssos et sedes sup cherubi. V. Benedicite deū celi: qr fecit nobiscum miam suam. Alla. V. Bn̄dictus es dn̄e de⁹ patrum nror/et laudabilis i secula. Seq̄ntia.

Dan. iii. C
Tob. xii. B
Dan. iii. C

Benedicta sit btā trinitas/ deitas eterna/parit coequalis glia. De⁹ genitor/nat⁹ genit⁹ cū sacro pneumate pmanens sup oē q̄d extat. Quibus est vna semp voluntas/et a se discrepat haud vnq̄ triplicata psona. Nā cōstat deitas vna/nō i tres deos diuisa: q̄d fides fatetur a xp̄o orthodoxe edita. Hec nanq̄ pellit delicta/patriā reddit serenā: quā dulcē iubilāt agmina symphoniā celica. Alti throni vestigia: imitant stolis cādidata. Optinētq̄ binas quas captant post secli discrimina. Et nos quos illustrat gr̄a dei superadem⁹ nr̄a debita. Quaten⁹ caterua celica nobis maneat post funera socia. Ultimoq̄ pacto discrimie/ possimus alto pfrui mox palatio. Quo pspicua flagrat lux accensa cōstanti flāma q̄ de⁹ est/visio nr̄a et sal⁹ eterna. Angelor q̄ illustrat fortiter pectora. Ut i xp̄o solo sua defigāt lumina. Hec nāq̄ est sitis illa flagrās: qua tūc sitient anime sctōrū vel corpora. Cū fuerit data perpetua eis p bonis a iudice premia. Euāge. Secundū iohannē.

In illo tp̄e. Erat hō ex phariseis nicodemus noie: princeps iudeorū. Hic venit ad iesū nocte: et dixit ei. Rabbi/scimus qr a deo venisti magister. Nemo enim pōt hec signa facere q̄ tu facis: nisi fuerit de⁹ cū eo. Rn̄dit iesus: et dixit ei. Amen amē dico tibi: nisi q̄s renat⁹ fuerit denuo: nō potest videre regnum dei. Dixit ad eū nicodemus. Quō potest hō nasci cū sit senex? Nūqd potest i vētrē mr̄is sue iterato introire/et renasci? Rn̄dit iesus. Amē amen dico tibi/nisi q̄s renat⁹ fuerit ex aqua et spū sācto: nō potest itroire in regnū dei. Q̄d natū est ex carne/caro est. Et q̄d natū est ex spū: spūs est. Nō mireris qr dixi tibi: oportet vos nasci denuo. Spūs vbi vult spirat: et vocē ei⁹ audis: sed nescis vn̄ veniat aut quo vadat. Sic est oīs q̄ nat⁹ est ex spū. Rn̄dit nicodemus: et dixit ei. Quō possunt hec fieri? Respōdit iesus: et dixit ei. Tu es magister i israel: et hec ignoras? Amē amē dico tibi: qr q̄d scim⁹ loq̄mur et q̄d vidim⁹ testamur/et testimoniū nostrū non accipitis. Si terrena dixi vobis et nō creditis: quomō si dixero vobis celestia/credetis? Et nemo ascēdit in celū nisi qui descendit de celo: filius hoīs q̄ est in celo. Et sicut moyses exaltauit serpētem in deserto: ita exaltari oportet filiū hoīs. Ut oīs qui credit in ipsū nō peat: sed habeat vitā eternā. Offer. Bn̄dict⁹ sit de⁹ pater/vnige

iii. A
Tob. xii. B

nitusq3 dei filius/sanctus quoq3 spūs: q2
fecit nobiscum miam suam. Secreta.
Sanctifica q̄s dñe deus trini
tas sācta: p tui scti nois inuo
cationē hui⁹ oblatiōis hostiā: & p
eā nosmetipsos tibi pfice munus
eternū. Qui vi. Prefatio. Qui cū
Tob. vnigēito. Cōio. Benedicimus deū ce
xii. B li: & corā oibus viuētib⁹ confitebimur ei:
q2 fecit nobiscū miam suā. Postcōio.
Proficiat nobis ad salutem
corporis et aie dñe deus nr̄
hui⁹ sacramēti susceptio: & sempi
terne sctē trinitatis eiusdēq3 idiui
due vnitatis cōfessio. In qua vi.
Per totā hebdo. fiat mēo. de trini
tate ad mis. de die: nisi i fes. corporis
xpi: et dr̄ missa de trinit. qn̄ de tri
nit. fit seruitiū: nisi missa Salus
populi. dicēda fuerit p hebdoma.
[redacted]



In festo corporis xpi. Officiū.
Psal. lxxx. Cibauit eos ex adipe fru
menti alleluia: et de pe
tra melle saturauit eos
alleluia alleluia alleluia
ps. Exultate deo adiutori nostro: iubila
te deo iacob. Et dicatur. Kyrie fōs
bonitatis. Oratio.
Deus q̄ nobis sub sacramē
to mirabili passiōis tue me
moriā reliquisti: tribue q̄sum⁹ ita
nos corporis et sanguinis tui sa
cra mysteria venerari vt redēptio
nis tue fructū i nobis iugiter sen
tiamus. Qui vi. Ad corinthios.
Fratres. Ego eñ accepi a I. cor. xi. C
dño qđ et tradidi vobis: qm̄
dñs iesus/in qua nocte tradebat
accepit panē: et grās agēs fregit
et dixit. Accipite et mäducate: hoc
est corp⁹ meū/qđ p vobis tradet.
Hoc facite i meam cōmēorationē.
Silr & calicē: postq̄ cenauit dicēs
Hic calix nouū testamētum est: in
meo sanguie. Hoc facite quotiens
cūq3 sumetis: i meā 2mēorationē.
Quotiēscūq3 eñ mäducabitis pa
nem hunc/et calicē bibetis: mortē
dñi annunciabitis donec veniat.
Itaq3 q̄cūq3 mäducauerit panē/
vel biberit calicē dñi idigne: reus
erit corporis et sanguīs dñi. Pro
bet autē seipsū hō: et sic de pane il
lo edat/et de calice bibat. Qui eñ
manducat et bibit indigne: iudi
ciū sibi mäducat & bibit. Nō diiu
dicās: corp⁹ dñi. Gr. Oculi omniū psal. cxliiii.
in te sperant dñe: et tu das illis escam in
tēpore opportuno. V. Aperis tu manū
tuā: et imples omne animal bñdictiōe.
Alla. V. Caro mea vere est cibus: et sā Jo. vi. F
guis meus vere est potus: qui manducat
meam carnem et bibit meū sanguinē: in
me manet et ego in eo. Sequentia.
Lauda sion saluatorē/lau
da ducē & pastorē/in hym
nis & canticis. Quātū potes tātū
laude quia maior oi laude: nec lau

dare sufficis. Laudis thema specialis/ panis viuus et vitalis/ hodie proponitur. Quem in sacre mensa cene/ turbe fratrum duodene/ datum non ambigitur. Sit laus plena sit sonora/ sit iocunda sit decora/ mentis iubilatio. Dies enim solennis agitur: in qua mense prima recolitur/ huius institutio. In hac mensa noui regis: nouum pascha noue legis/ phase vetus terminat. Vetustatem nouitas/ vmbram fugat veritas/ noctem lux illuminat. Quod in cena xps gessit/ faciendum hoc expressit/ in sui memoriam. Docti sacris institutis/ panem vinum in salutis/ consecramus hostiam. Dogma datur xpianis/ quod in carnem transit panis/ et vinum in sanguinem. Quod non capis quod non vides/ animosa firmat fides: preter rerum ordinem. Sub diuersis speciebus/ signis tantum et non rebus/ latent res eximie. Caro cibus/ sanguis potus/ manet tamen xps totus sub vtraque specie. A sumente non concisus/ non confractus non diuisus/ integer accipitur. Sumit vnus sumunt mille/ quantum isti tantum ille/ nec sumptus consumitur. Sumunt boni sumunt mali/ sorte tamen inequali/ vite vel interitus. Mors est malis/ vita bonis: vide paris sumptionis quam sit dispar exitus. Fracto demum sacramento/ ne vacilles sed memento: tantum esse sub fragmento quantum toto tegitur. Nulla rei fit scissura/ signi tantum fit fractura: qua nec status nec statura/ signati minuitur. Ecce panis angelorum/ factus cibus viatorum/ vere panis filiorum/ non mittendus canibus. In figuris presignatur/ cum isaac imolatur/ agnus pasche deputatur/ datur manna patribus. Bone pastor panis vere/ iesu nostri miserere/ tu nos pasce nos tuere/ tu nos bona fac videre in terra viuentium. Tu qui cuncta scis et vales: qui nos pascis hic mortales/ tu nos ibi commensales/ coheredes et sodales fac sanctorum ciuium. Secundum iohannem.



In illo tempore Dixit iesus discipulis suis: et turbis iudeorum. Caro mea vere est cibus: et sanguis meus vere est potus. Qui manducat meam carnem et bibit meum sanguinem: in me manet et ego in illo. Sicut misit me viuens pater: et ego viuo propter patrem. Et qui manducat me: et ipse viuet propter me. Hic est panis qui de celo descendit. Non sicut manducauerunt patres vestri manna: et mortui sunt. Qui manducat hunc panem: viuet in eternum. Credo. vij. F

Offer. Sacerdotes domini incensum et panes offerunt deo: et ideo sancti erunt deo suo et non polluent nomen eius alla. Secreta. Leuit. xxi. B

Ecclesie tue quesumus domine vnitatis et pacis propitius dona concede: que sub oblatis muneribus mystice designantur. per. Prefa. Quia per incarnati. Hec prefatio dicitur per totas oct. que de octa. fit seruitium: et in commemora. eiusdem per totum annum. Co*m*io. Quotienscunque manducabitis panem hunc et calicem bibetis: mortem domini annunciabitis donec veniat: itaque quicunque manducauerit panem vel biberit calicem domini indigne: reus erit corporis et sanguinis domini alla. Postcomio. i. cor. xi. F

Fac nos quesumus domine diuinitatis tue sempiterna fruitione repleri: quam preciosi corporis et sanguinis tui temporalis perceptio prefigurat. Qui viuis. Per totam hebdo. dicitur eadem mis.

qñ de octa. fit seruitium: sed sine sequentia. Credo. Ubi fiunt oc. cū regi. cho. dr sequētia Ecce panis angelorꝝ. quotid p octa. et i oct. qñ de oct. fit mis. ¶ Dñica. j. post fes. sctē trinitatis. Ad missam. Offi.

ps. xij. Omine in tua mia speraui: exultauit cor meū in salutari tuo: cantabo domino qui bona tribuit michi. ps Usqquequo domie obliuisceris me i finem: usqquequo auertis faciem tuā a me. Kyrie eleison. Oro.

Deus in te sperātiū fortitudo / adesto ppiti9 iuocationib9 nr̄is: et q2 sine te nichil potest mortalis ifirmitas: pst̄a auxiliū gr̄e tue: ut in exequēdis mādatis tuis / et volūtate tibi et actione placeam9. Per. Mēo. de tri. fiat oib9 dñicis usqz ad aduētū dñi: nisi qñ aliqua do. oino differat. ¶ Notādū est q qñ dup. fes. pestatē in do. cōtige. nulla de dñica fiet mēo. ad mis. s3 aliqñ p necessitate fcta fuerit mēo. ad ves. et ad mat. sub silentio: ut alias dictū ē. s3 qñ fit de aliquo fes. ix. lc. i dñicis / sēp fiat mēo de do. et de tri. ad mis. qñ ad ves. et ad mat. facta fuerit mēo. nisi mis. dñical debeat cātari ipsa dñica in capso. Lctō ep̄le bti iohānis ap̄li

j. iiij. B Charissimi. Deus charitas est. In hoc apparuit charitas dei in nobis: qm̄ filiū suū unigenitū misit de9 i mūdū / ut viuamus p eū. In hoc est charitas nō quasi nos dilexerim9 deū: sed qm̄ ipse prior dilexit nos: et misit filiū suū ppitiationē p peccatis nr̄is. Charissimi / si deus dilexit nos: et nos debemus alterutrū diligere. Deū nemo vidit unq̄. Si diligamus inuicē / de9 in nobis manet: et charitas ei9 in nobis pfecta est. In hoc cognoscim9 qm̄ in eo manem9 et ipse i nobis: qm̄ de spū suo dedit nob. Et nos vidim9 et testificamur: qm̄ pr̄ misit filiū suū saluatorē mūdi. Quisqs ↄfessus fuerit qm̄ ies9 est fili9 dei: de9 i eo manet / et ipse i deo. Et nos cognouimus et credim9 charitati: quā h3 de9 in nobis. De9 charitas est. Et q̄ manet i charitate i deo manet: et de9 i eo. In hoc pfecta est charitas dei nobiscū: ut fiduciā habeamus i die iudicij: q2 sicut ille est et nos sum9 i hoc mūdo. Timor nō est i charitate: s3 pfecta charitas foras mittit timorē: qm̄ timor penā h3. Qui aūt timet: nō est perfectus i charitate. Nos ergo diligam9 deū: qm̄ ipse prior dilexit nos. Si qs dixerit qm̄ diligo deū et fratrē suū oderit: mēdax est. Qui enī nō diligit fratrē suum quē videt: deū quē non videt / quomō pōt diligere. Et hoc mādatū habem9 a deo: ut q̄ diligit deū / diligat et fratrē suū. Gr. Ego dixi domie miserere ps. x. mei: sana aiam meam q2 peccaui tibi. V. Btūs q̄ itelligit sup egenū et pauperē: in die mala liberabit eum dñs. Alla. V. Uerba mea auribus pcipe dñe: intellige ps. v. clamorē meū. Nulla dr seque. qñ de do. agit usqz ad aduē. do. S. lucā.



ps. b. Jn illo tpe. Dixit ies9 discipulis suis parabolā hāc. Homo q̄dā erat diues / et induebat purpura et bysso: et epulabat quotidie splēdide. Et

erat qdã mendicus noĩe lazar⁹/ q̃ iacebat ad ianuã ei⁹ vlceribus ple nus/ cupiens saturari de micis q̃ cadebãt de mẽsa diuitis: et nemo illi dabat. Sed et canes veniebãt: et lingebant vlcera eius. Factũ est autẽ vt moreretur mẽdicus: ⁊ porta retur ab angelis ĩ sinũ abrahe. Mor tuus est autẽ et diues: et sepult⁹ est in inferno. Eleuãs autẽ oclos suos cũ esset ĩ tormẽtis: vidit abrahã a lõge/ ⁊ lazar ĩ sinu ei⁹. Et ipse cla mãs: dixit. Pat abrahã miserere mei/ et mitte lazar vt intingat ex tremũ digiti sui in aquã/ vt refri geret liguã meã: qꝛ crucior in hac flãma. Et dixit illi abrahã. Fili/ recordare qꝛ recepisti bona ĩ vita tua: et lazar⁹ similr mala. Nunc aũt hic cõsolatur: tu vo cruciaris. Et in his oib⁹ iter nos ⁊ vos chaos ma gnũ firmatũ est: vt hi q̃ volũt hic transire ad vos non possint/ neq̃ inde huc trãsmeare. Et ait. Rogo ergo te pater: vt mittas eum ĩ do mũ patris mei (habeo eñ quinq̃ fratres) vt testet̃ illis ne et ipsi ve niãt in hũc locũ tormẽtor. Et ait illi abrahã. Habẽt moysẽ ⁊ pphe tas: audiãt illos. At ille dixit. Nõ pater abrahã/ sz si qs ex mortuis ierit ad eos: penitentiã agent. Ait aũt illi. Si moysen et pphetas nõ audiunt: neq̃ si quis ex mortuis

ps. v. resurrexerit credent. Offer. Inten de voci orationis mee rex meus et deus meus: qm ad te orabo dñe. Secreta.

Deus qui nos ad imaginẽ tuam conditos ⁊ sacramẽ tis renouas et preceptis: supplicũ preces et munera benignus acce pta: vt qd fiducia non habet meri torũ: placatiões obtineãt hostia rũ. Per do. Cõio. Narrabo oĩa mira bilia tua: letabor et exultabo in te: psallã nomini tuo altissime. Psal. cxviij. Postcõio.

Tantis dñe repleti muneri bus: presta q̃s vt et saluta ria dona capiamus: ⁊ a tua nunq̃ laude cessem⁹. Per dñm. ¶ Feria iiij. Lectio epistole bti petri apli.

Charissimi. Notum fecim⁹ vob dñi nri iesu christi vir tutẽ et presciẽtiam: sed speculato res facti ipsi⁹ magnitudinis. Ac cipiens eñ a deo patre honorem ⁊ gloriam: voce delapsa ad eum hu iuscemodi a magnifica gl'ia. Hic est fili⁹ meus dilectus/ in quo mi chi complacui: ipsum audite. Et hanc vocem nos audiuimus de ce lo allatam: cum essemus cũ ipso ĩ monte sancto. Et habemus fir miorẽ propheticũ sermonẽ cui be nefacitis attẽdentes: quasi lucer ne lucenti in caliginoso loco. Do nec dies elucescat/ et lucifer oriat: in cordibus vris. Scdm mathеũ.



In illo tpe Dixit ie sus discipulis su is. Nolite puta re qꝛ veni solue re legẽ: aut pro phetas. Non ve ni soluere: sz ad implere. Amẽ q̃ppe dico vobis: donec trãseat celũ ⁊ terra/ iota vnũ aut vn⁹ apex non preteribit a lege donec oĩa fiãt. Qui ergo soluerit vnum de mandatis istis minimis et docuerit sic hoies: minim⁹ vocabit in regno celorũ. Qui autem fecerit ⁊ docuerit: hic magnus vocabit in regno celor. ¶ Dñica .ij. post trinitatẽ. Offm



ps.xvii Factus est dominꝰ protector meus ⁊ eduxit me in latitudinem: saluum me fecit quoniā voluit me. ps. Diligā te domine fortitudo mea: dominus firmamentum meum ⁊ refugium meum et liberator meus. Oratio.

Sancti nois tui dñe timorē pariter et amorem fac nos habere ppetuum: qꝛ nunq̄ tua gubernatione destituis/ quos i soliditate tue dilectionis istituis. Per.

Lectio epistole beati iohānis apl'i.

i.iii.C Charissimi. Nolite mirari/ si odit vos mundꝰ. Nos scimus qm̄ translati sumꝰ de morte ad vitā: qm̄ diligimꝰ fratres. Qui nō diligit: manet in morte. Ois q̄ odit fratrē suū: homicida est. Et scitis qm̄ ois homicida: nō habet vitā eternā i se manētē. In hoc cognoscimꝰ charitatē dei/ qm̄ ille p nobis aiam suā posuit: ⁊ nos debemus p frib' aias ponere. Qui habuerit substātiā huiꝰ mundi/ ⁊ viderit fratrē suū necessitatē patientem/ et clauserit viscera sua ab eo: quō charitas dei manet in eo: Filioli mei/ nō diligamꝰ vbo neq̄ ligua: sed ope ⁊ vitate. Gr. Ad dñm

ps.cxix cū tribularer clamaui: ⁊ exaudiuit me. V Dñe libera aiaꝫ meā a labiis iniq̄s: ⁊ a ligua dolosa. Alla. V Deꝰ iudex iustus

ps.vii fortis ⁊ patiēs: nūq̄d irascit' p sigl'os dies.

Euāg. S. lucā.



xiiii. D In illo tpe Dixit iesꝰ discipl'is suis parabolā hāc. Hō quidā fecit cenā magnā: ⁊ vocauit multos. Et misit seruū suū hora cene dicere inuitatis vt venirēt: qꝛ iā parata sunt oia. Et ceperūt simul oēs excusare. Pimꝰ dixit illi. Villā emi: et necesse habeo exire/ ⁊ videre illā. Rogo te: habe me excusatū. Et alter dixit. Iuga boū emi quinq̄: ⁊ eo pbare illa. Rogo te habe me excusatū. Et aliꝰ dixit. Uxorē duxi: ⁊ ideo nō possū venire. Et reuersus seruꝰ nunciauit hec dño suo. Tūc iratꝰ paterfamilias: dixit seruo suo. Exi cito i plateas ⁊ vicos ciuitatis: ⁊ pauperes ac debiles/ cecos et claudos introduc huc. Et ait seruꝰ. Dñe/ factū est vt imperasti: et adhuc locꝰ est. Et ait dñs seruo. Exi in vias et sepes: et cōpelle intrare: vt impleatur domꝰ mea. Dico autē vobis q̄ nemo viroꝝ illorum qui vocati sūt: gustabit cenam meam. Offr. Domine conuertere et eripe animā meā: saluum me fac ppter miam tuā. Secreta.

Oblatio nos dñe tuo noi dicāda purificet: et de die in diem ad celestiꝫ vite trāsferat actionē. p.

Cōio. Cātabo dño q̄ bona tribuit mihi: et psallā noi dñi altissimi. Postcōio.

Sumptis dñe muneribus sacris: q̄s vt cum frequētatione mysterij/ crescat nre salutis effectus. Per. ¶ Feria.iiij. Ad ephe.

Fratres. Hoc dico et testificor i dño: vt iam nō ambuletis sicut ⁊ gētes ambulāt. In vanitate sēsus sui/ tenebris obscuratum habētes itellectū/ alienati a via dei p ignorantiā que est i illis: ppter cecitatē cordis ipsorū. Qui desperātes semetipsos tradiderūt impudicitie: i opatione īmūditie ois: i auariciā. Uos autē nō ita didicistis xp̄m si tñ illū audistis: ⁊ in

ipso edocti estis sicut est veritas in iesu. Deponite vos scdm pristinā cōuersationē veterē hoiem: q̄ corrūpit scdm desideria erroris. Renouamini autē spū mentis vre: et induite nouū hominē/ q̄ scdm deū creat⁹ ē i iustitia & scitate veritatis. In xpo iesu: dño nr̄o. S. matheū.

xxj. C



In illo tpe Cū venisset iesus i tēplū: accesserūt ad eū principes sacerdotū et seniores populi/ dicētes. In qua potestate hec facis: & q̄s dedit tibi hanc potestatē. Rñdens ies⁹: dixit eis. Interrogabo vos & ego vnū sermonē: quē si dixeritis michi/ & ego vobis dicā in qua potestate hec facio. Baptism⁹ iohānis vnde erat: de celo/ an ex hoib⁹? At illi cogitabāt intra se: dicētes. Si dixerimus de celo dicet nobis. Quare ergo nō credidistis illi. Si autē dixerim⁹ ex hoib⁹: timemus turbā. Oēs eni habebāt iohannē: sicut pphetā. Et respōdentes iesu dixerūt. Nescim⁹. Ait illis et ipse. Neq̄ ego dico vobis: i qua ptāte hec facio. ¶ Dñica.iij.post tri.of.

Psal. xxiiij

Respice in me et miserere mei dñe quoniā vnic⁹ et paup sū ego: vide hūilitatē meā & laborē meū & dimitte oīa pctā mea deus meus. ℣. Ad te dñe leuaui aiam meā: de⁹ me⁹ in te confido non erubescam. Oratio.

Deprecationē nostrā quesumus dñe benignus exaudi: et quibus supplicandi prestas affectū/ tribue defensionis auxiliū. Per do. Lectio ep̄le btī petri apli.

v. C.

Charissimi. Hūiliamini sub potenti manu dei: vt vos exaltet in tpe visitatiōis. Oēm sollicitudinē vestrā pijcientes i eū: qm̄ ipsi cura est de vobis. Sobrij estote & vigilate: q2 aduersari⁹ vester diabol⁹ tanq̄ leo rugiens circuit/ querens quē deuoret. Cui resistite fortes in fide: sciētes eandē passionē ei q̄ in mūdo est/ vestre fraternitati fieri. De⁹ autē oīs grē q̄ vocauit vos i eternā suā gloriā: in xpo iesu modicū passos ipse pficiet/ cōfirmabit/ solidabitq̄. Ipsi gl'ia & imperiū: in scl'a seculor. Gr. Iacta cogitatū tuū in dño: & ipse te enutriet. ℣. Dū clamarem ad dominū exaudiuit vocem meā: ab his q̄ appropinquant michi. Alleluia. ℣. Diligā te domine virtus mea: dñs firmamentū meum et refugiū meū et liberator meus. Secūdū lucā.

p. liiij.

p. xvij.

xv. A

In illo tpe. Erant appropinquātes ad iesum publicani & pctōres: vt audirent illū. Et murmurabant scribe et pharisei dicentes: q2 hic pctōres recipit et māducat cū illis. Et ait ad illos parabolā istā: dicēs. Quis ex vobis hō q̄ habet cētū oues: & si pdiderit vnā ex illis: nōne dimittit nonaginta nouē in deserto/ et vadit ad illā q̄ pierat donec inueniat illā? Et cū inuenerit eā: iponit i hūeros suos gaudēs. Et veniēs domū cōuocat amicos & vicinos: dicēs illis. Cōgratulamini michi: q2 inueni ouē meā q̄ perierat. Dico vobis q̄ ita gaudiū erit in celo sup vno pctōre penitētiā agente: q̄ super nonaginta nouē iustis q̄ nō indigēt penitētia. Aut que mulier habens drachmas decē: & si pdiderit drachmam

vnã/nõne accẽdit lucernã: et euertit domũ: et q̃rit diligenter donec inueniat eã: Et cũ inuenerit: conuocat amicas et vicinas dicẽs. Cõgratulamini michi q2 inueni drachmã quã pdiderã. Ita dico vobis: gaudiũ erit corã angelis dei sup vno pctõre penitẽtiã agẽte. Offr.

ps.ix. Sperent in te oẽs qui nouerunt nomen tuum dñe: qm̃ non derelinq̃s q̃rentes te. psallite dño q̃ habitat in sion: qm̃ non est oblitus orationẽ pauperum. Secreta.

Munera tibi dñe quesumus oblata scifica: vt tui nobis vnigeniti corpus et sanguis fiant ad medelã. Qui te. Cõio. Ego clamaui qm̃ exaudisti me de': inclina aurem

p.xvi. tuam et exaudi verba mea. Postcõio.

Sacris dñe munerib' percepti: q̃s vt nos eorũ virtute/ et a vitijs omnib' expies: et donis gratie tue iugit' repleas. Per dñm. ¶ Feria.iiij. Ad timotheũ.

ij.iiij. C Carissime. Dñs michi astitit/ et cõfortauit me: vt p me pdicatio adimpleat': et audiant oẽs gentes q2 liberatus sum de ore leonis. Liberauit me dñs ab omni opere malo: et saluũ faciet i regnũ suum celeste. Ipsi glia i secula seculoꝝ amẽ. Sequẽtia scti euãg. scdm matheũ.

v.D In illo tpe. Dixit ies' discipulis suis. Esto cõsentiens aduersario tuo cito dũ es in via cum eo: ne forte tradat te aduersarius iudici/ et iudex tradat te ministro/ et i carcerẽ mittaris. Amẽ dico tibi/ nõ exies inde donec reddas nouissimũ quadrantẽ. Audistis/ q2 dictũ est antiq̃s/ nõ mechaberis. Ego aũt dico vobis/ q2 ois q̃ viderit mulierẽ ad cõcupiscẽdũ eã/ iã mechat' est eã in corde suo. Quod si ocul' tu' dexter scandalizat te/ erue eum: et proijce abs te. Expedit eni tibi vt peat vnũ mẽbrorũ tuorum: q̃ totũ corpus tuũ mittat' i gehennam. Et si dextera manus tua scandalizat te abscide eã et pijce abs te. Expedit eni tibi vt pereat vnũ membroꝝ tuorũ: q̃ totũ corpus tuũ eat in gehẽnam. ¶ Dñica.iiij.post trinita. Offi.

Dominus illuminatio mea et salus mea: quem timebo: dominus defensor vite mee a quo trepidabo: qui tribulant me inimici mei: ipsi infirmati sunt et ceciderunt. Si consistant aduersum me castra: non timebit cor meum. Oratio.

Protector in te sperantiũ deus sine quo nichil est validum/ nichil sanctum: multiplica super nos misericordiam tuam: vt te rectore te duce sic transeamus p bona temporalia/ vt non amittamus eterna. p. Ad romanos.

Fratres. Existimo em q̃ non sunt cõdigne passiões huius tpis ad futurã gliam q̃ reuelabit' in nobis. Nã expectatio creature reuelationẽ filiorum dei expectat. Uanitati eñ creatura subiecta est/ nõ volens: sed ppter eũ q̃ subiecit eã in spe. Q2 et ipsa creatura liberabit' a seruitute corruptiõis in libertatẽ glie filioꝝ dei. Scim' eñ q̃ ois creatura ingemiscit/ et parturit vsq3 adhuc. Non solum aũt illa: sed et nos ipsi primitias spũs habẽtes/ et ipsi intra nos gemim' adoptionẽ filioꝝ dei/ expectantes

redẽ

redẽptionẽ corpoꝝ nostri. In xp̄o
f. lxx iesu: dño nr̄o. Gr. Propiti⁹ esto dñe
viij. petis nr̄is / neqñ dicant gẽtes vbi est de⁹
eorum. V. Adiuua nos de⁹ salutaris no-
ster / & propter honorem nois tui domie li
ps. xx. bera nos. Alla. V. Dñe in virtute tua
letabitur rex / et sup salutare tuũ exulta-
bit vehementer. Secundum lucam.

vi. f In illo tẽpore. Dixit ie-
sus discipulis suis. Esto
te misericordes: sicut et
pater vester misericors
est. Nolite iudicare: et non iudica-
bimini. Nolite cõdẽnare: & nõ cõ-
dẽnabimini. Dimittite: et dimit-
temini. Date: et dabitur vobis.
Mensurã bonã & confertã et coa-
gitatã et supereffluentẽ: dabũt in
sinum vestrũ. Eadem quippe mẽ-
sura qua mensi fueritis: remetie-
tur vobis. Dicebat autem illis et
similitudinẽ. Nunqd potest cecus
cecũ ducere? Nõne ambo in foueã
cadũt? Nõ est discipulus sup ma-
gistrũ. Perfect⁹ autem ois erit si
sit sicut magister eius. Quid au-
tem vides festucam in oculo fra-
tris tui: trabem autẽ que in oculo
tuo est / nõ cõsideras? Aut quomo
do potes dicere fratri tuo / frater si
ne eijciam festucã de oculo tuo ip-
se in oculo tuo trabem non vides?
Hypocrita / eijce primũ trabem de
oculo tuo: et tũc perspicies vt edu
cas festucam: de oculo fratris tui.
ps. xii Offr. Illumina oculos meos ne vnq̃
obdormiam in morte / neqñ dicat inimic⁹
me⁹ preualui aduersus eum. Secreta.
Respice q̃s dñe munera sup-
plicantis eccl'ie: et saluti cre
dentiũ ꝑpetua sctificatione sumẽ-
p. xvii da cõcede. p. Coio. Dñs firmamentũ
meum & refugiũ meũ / et liberator meus:
deus meus adiutor meus. Postcõio.
Sancta tua nos dñe sumpta
viuificẽt: et mie sempiterne
preparẽt expiatos. Per. ¶ Feria
iiij. Lectio ep'le bti iohãnis ap'li.
Charissimi. In hoc scimus i. ii. a
quoniã cognouimus deũ: si
mãdata eius obseruam⁹. Qui di-
cit se nosse deũ / & mãdata eius non
custodit: mẽdax est & in hoc vitas
non est. Nã q̃ custodit verbũ eius:
vere in hoc charitas dei perfecta
est. In hoc scimus quoniã in ipso
sumus. Qui dicit se in christo ma-
nere: debet sicut ille ambulauit / et
ipse ambulare. Secũdũ matheũ.
In illo tp̄e. xvii.
Interro- b
gauerunt disci-
puli iesum: dicẽ-
tes. Quid scri-
be dicunt: q̃ he-
liã oporteat pri-
mũ venire? At il
le respondẽs ait
eis. Helias quidem venturus est: &
restituet omnia. Dico autẽ vobis
quia helias iam venit / et non co-
gnouerũt eũ: sed fecerũt i eo q̃cũq;
voluerũt. Sic & filius hois passu-
rus est ab eis. Tunc intellexerunt
discipuli: q̃ de iohãne baptista di-
xisset eis. Et cũ venisset ad turbã:
accessit ad eũ homo genibus ꝓuo
lutus ante eũ / dicẽs. Dñe / misere-
re filio meo / q̃r lunatic⁹ est: et ma-
le patit. Nã sepe cadit i ignẽ: et cre
bro i aquã. Et obtuli eũ discip'lis
tuis: et nõ potuerũt curare eũ. Re
spõdẽs aũt iesus: ait. O gñatio in
credula et ꝑuersa / quousq; ero vo
biscũ: vsq;quo patiar vos? Affer-
te huc illum ad me. Et increpauit

eum iesus: et exijt ab eo demoniū: et curatus est puer ex illa hora.

Dñica. v. post trinitatē. Offm.

p. xxvi Exaudi dñe vocem meam qua clamaui ad te: adiutor meus esto ne derelinquas me/neqꝫ despicias me deus salutaris meus. ps. Dominus illuminatio mea et salus mea: quem timebo? Kyrie eleison. Oratio.

Da nobis q̄s dñe vt et mūdi curs⁹ pacifice nobis tuo ordine dirigat/et ecclesia tua tranquilla deuotiōe letetur. Per dñm.

Lectio epistole beati Petri apl̄i.

i. iii. A Charissimi. Oēs vnanimes in oratione estote: cōpatientes/fraternitatis amatores/misericordes/modesti/humiles. Non reddētes malū pro malo: vel maledictū p maledicto: sed econtrario bn̄dicētes. Qr in hoc vocati estis: vt benedictionem hereditate possideatis. Qui enim vult vitā diligere/et cupit videre dies bonos: coherceat linguā suā a malo: et labia ei⁹ ne loquant dolū. Declinet autē a malo et faciat bonū: inquirat pacē et sequat eā. Qr ocli dñi sup iustos: et aures eius ad p̄ces eorū. Vultus aūt dñi: sup faciētes mala. Et q̄s est q̄ vobis noceat: si boni emulatores fueritis? Sed et si q̄d patimini pp̄ter iustitiā: beati. Timorē autē eor ne timueritis: vt non conturbemini. Dñm autē xp̄m sanctificate: in cordib⁹ vr̄is.

p. lxxxiii. Gr. Protector noster aspice deus: et respice sup seruos tuos. V. Dñe de⁹ virtutū exaudi preces seruor tuorum. Allā.

p. xxx. V. In te domine speraui non confundar in eternum: in tua iustitia libera me et eripe me, inclina ad me aurem tuā/accelera vt eripias me. Euang. Scdm lucam.



i. ii. In illo tp̄e. Cum turbe irruerent ad iesū vt audirēt vbū dei: et ipse stabat secus stagnū genezareth. Et vidit duas naues stātes sec⁹ stagnū: piscatores aūt descēderāt/ꝛ lauabāt retia. Ascendens aūt in vnā nauim que erat simonis: rogauit eum vt a terra reduceret pusillum. Et sedens/docebat de nauicula turbas. Vt cessauit autē loqui: dixit ad simonem. Duc in altū: et laxate retia vr̄a in capturā. Et respōdēs simon: dixit illi. Preceptor: per totā noctē laborātes nichil cepim⁹: in verbo autē tuo laxabo rete. Et cum hoc fecissent: ꝯcluserūt pisciū multitudinē copiosam. Rūpebat aūt rete eorū: ꝛ annuerunt socijs q̄ erant in alia naui/vt venirēt et adiuuarēt eos. Et venerūt ꝛ impleuerunt ābas nauiculas: ita vt pene mergerentur. Qđ cū videret simon petrus: procidit ad genua iesu dicens. Exi a me dñe: qr hō pctōr sum. Stupor eñi circūdederat eū: ꝛ oēs qui cum illo erāt i captura pisciū quā ceperāt. Silr aūt iacobū et iohannē filios zebedei: qui erāt socij simonis. Et ait ad simonē iesus. Noli timere: ex hoc iam hoies eris capiens. Et subductis ad terrā nauibus: relictis oib⁹/secuti sūt eum. Offr. Benedicam dñm q̄ michi tribuit itellectū: puidebā deū i conspectu meo sēp: qm̄ a dextris est michi ne cōmouear. p. xi. Secreta.

Ascēdāt q̄s dñe p̄ces hūilitatis nr̄e i cōspectu clemen

tie tue: ⁊ descēdat super hec oblata virt⁹ tue diuinitatis: quam nr̄is quoq₃ purificandis mentibus largiaris. Per. Cōio. Unam petij a dño hanc requiram: vt inhabitem i domo dñi omnibus diebus vite mee. Postcōio. x.xvj.

Mysteria nos dñe q̄s scā purificēt: et suo munere tueātur. Per. ¶ Fe. iiij. Ad timotheū.

TEstamēto veteri āna fuit genita: et de stirpe regia. Hec matrona nobilis / diu fuit sterilis: ī magna tristitia. Cui fructū cōtulit / ⁊ sic luctū abstulit / diuina clemētia. Patriarchis edita / āna luce predita / ī perēni gl'ia. Deprecamur iclyta / vt p tua merita: nobꝫ det gr'a. Anna parēs labe carens / rubens rosa speciosa: florens inter lilia. Matrē xp̄i genuisti / tua prece nos a nece: tuearis noxia. Ecce lucis officina / egris spes et medi-

cina: tua pies est regina / in celesti pr̄ia. Ipsa cūctis iam p̄lata / p te sunnēs hec p̄cata: nr̄a fiat aduocata / in dei p̄ntia. Euā. Liber gn̄ationis. vts. i festo cōcept. btē marie.
Psal. xliiij. fo. iiij. Offr. Filie regū in honore tuo: astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato circumdata varietate. Secreta.

SAnctifica redemptor mūdi p̄sentis munera sacrificij: et btē mr̄is anne p̄cib⁹ eadē nobis effice salutaria: de cui⁹ vteri palatio mater tua aula virginee puritatis est egressa. Quiviuis. Cōio.
Ibidē Diffusa est gr̄a in labijs tuis: propterea benedixit te deus in eternū. Postcōio.

VOtiua celestis mense percipiētes dn̄e sacramēta / btē anne matris marie gloriosa intercessione nos protege: de qua virgo puerpera ad salutē humane natiuitatis pdijt: que nobis splendorē vite sine castitatis dispendio generauit: dn̄m nostrum iesum xp̄m filiū tuū. Qui tecū. ¶ Sanctorum septem fratrū dormientiū. Officiū.
Psal. xxxvj. SAlus aūt iustorum a dn̄o: et ptector eorum est in tp̄e tribulationis. ps. Noli emulari in malignantibus: neqꝫ zelaueris facientes iniq̄tatē. Orō.

DEus qui gloriosos resurrectionis eterne precones septem dormientes magnifice coronasti / presta quesumus vt eorum precibus resurrectionem sanctam (que in eis mirabiliter preostensa est) cōsequamur. Per dn̄m. Ep̄la. Justorum anime. in cōi. folio. vij.
Psal. cxlix. Gradale. Exultabunt sancti in gloria: letabūtur in cubilibus suis. V. Cantate dn̄o canticum nouum: laus eius in ecclesia sanctorum. Alleluia. V. Justi epulentur et exultent in conspectu dei: et delectentur in letitia. Euāg. Cū audieritis. in cōi. fol. viij. Offr. Mirabilis deus in sanctis suis: deus israel ipse dabit virtutem et fortitudinem plebi sue benedictus deus alleluia. Secreta. Ibidē

DEus in quo est oim̄ iustorum requies / et pax certa sanctorum: tribue nobis pacificas hostias tibi digne offerre: vt pfectionē pacis qua tui scti iam fruuntur in celis / nos iugiter hāc meditemur in terris. Per. Cōio Justorum aie in manu dei sunt / et non tāget illos tormētū malitie. visi sunt oculis insipientiū mori / illi autem sunt in pace. Postcōio. Sap. iij. a

SAnctorum tuorum dn̄e victorias recolētes sacramenta venerāda percepim⁹: que prestent nobis q̄s eorum meritis indulgētiā / in quorū dormitione tuā magnificentiam collaudamus. Per.
¶ Sancti sansonis epi. Officiū.

STatuit ei dn̄s testamētū pacis / et pricipē fecit eū: vt sit illi sacerdotij dignitas in eternū. ps. Mias dn̄i: in eternum cantabo. Orō. Eccle. xlv. D Ps. lxxxviij.

OMnipotēs sempiterne de⁹: tribue nobis famulis tuis per intercessionem sancti sansonis episcopi poscētibus pctorum veniā / querentib⁹ salutis viam / pulsantibus aperire regni celestis aulam: vt ad eternam maiestatis tue habitationē / te adiuuante peruenire mereamur. Per. ¶ Memoria de sancto pantaleone martyre. Or.

DEus qui hunc diem beati pātaleonis consecrasti martyrio presta quesumus vt ipsius interuentu hoc in nostris floreat actibus / quod premijs remune-

retur celestibus. Per. Epl'a. Ecce
Eccle. sacerdos. in cõi. fol. xj. Gr. Ecce sa-
xliiij. cerdos magnus: q̃ in diebus suis placuit
deo. V. Non est inuentus similis illi / qui
conseruaret legem excelsi. Alleluia. V.
Eccle. Amauit eũ dñs ꝛ oꝛnauit eum / stola glo
rie induit eum. Euãge Homo quidã
ps. lxxx peregre. in cõi. fo. xij. Offr. Inueni
viij. dauid seruũ meum / oleo sancto meo vnxi
eũ / man⁹ eñ mea auxiliabitur ei / et bꝛa-
chium meum confoꝛtabit eũ. Secreta.

Deus apostoloꝛũ / de⁹ mar-
tyꝛũ / de⁹ cõfessoꝝ / de⁹ vir-
ginũ / deus omniũ electoꝝ: te sup-
pliciter exoꝛam⁹: vt hãc hostiam
sanctã in honoꝛe scti sansonis epi
scopi sctificare ꝛ benedicere digne
ris: ꝛ ante cõspectũ maiestatis tue
tã ad coꝛpoꝛis sanitatẽ / q̃ ad ani-
marũ pꝛoficiat salutẽ. Per dñm.

Alia secreta de sctõ pãtaleone.

Beatus pantaleon martyꝛ
tuus dñe q̃ diuersis suppli-
cijs macerat⁹ / vera ꝛ viua factus
est hostia: hec q̃ tibi offerim⁹ ad sa
lutẽ nostrã gratificet sua interces-
Mat. sione libamina. Per. Cõio. Fidelis
xxiiij. seruus ꝛ pꝛudens quẽ constituit dñs su-
D per familiam suam: vt det illis in tẽpoꝛe
tritici mensuram. Postcommunio.

Satiasti nos dñe in hac solẽ
nitate scti sansonis cõfesso-
ris tui atq̃ põtificis munerib⁹ sa-
cris: te q̃s vt eccl'ie tue pacẽ / fidẽ /
spem / ꝛ charitatẽ multiplicare di
gneris: p quas tibi in ecclesia tua
placere mereamur. Per d. Alia
postcõmunio de sctõ pantaleone.

Redẽptiõis nr̃e sacro gustu
satiati / q̃s dñe vt iteruenieñ
te beato pantaleone martyꝛe tuo:
p hec sctã que sumpsimus ad eter-
na gaudia pꝛeparemur. Per dñm.

Aliter miss. de s. pãtaleone mar-
tyꝛe p volũtate cõtra febꝛẽ acutã.
Et q̃ eã audierit vel celebꝛauerit:
i illo anno febꝛẽ acutã nõ habebit.

Scti pantaleonis mar. Offm.

Iustus nõ cõturbabit / Psal.
quia dñs firmat manũ xxxvi
eius: tota die miseret ꝛ
cõmodat et semen eius
in bñdictiõe erit / in eternũ ꝯserua
bit. Ps. Noli emulari in malignãtibus /
neq̃ zeuaueris faciẽtes iniq̃tatẽ. Oro.

Deus q̃ hunc diẽ beati pan-
taleonis consecrasti marty
rio: pꝛesta q̃s vt ipsius interuen-
tu hoc in nostris floꝛeat actibus /
quod pꝛemijs remuneretur celesti
bus. Per d. Lectio libꝛi sapientie.

Iustus si moꝛte pꝛeoccupat⁹ iiij. A
fuerit: aĩa eius in refrigerio
erit. Senectus eñ venerabilis est:
nõ diuturna / neq̃ numero annoꝝ
computata. Cani aũt sunt sensus
hoĩs: ꝛ etas senectutꝭ vita ĩmacu-
lata. Placẽs deo factus dilectus: ꝛ
viuẽs inter pctõꝛes translatus est.
Rapt⁹ est ne malitia mutaret itel
lectũ illius: aut ne fictio deciperet
aĩam illi⁹. Cõsummat⁹ in bꝛeui:
expleuit tp̃a multa. Placita enim
deo erat aĩa illi⁹: pꝛopter hoc ꝑpe
rauit educere illũ de medio iniqui
tatũ. Qm̃ gr̃a dei ꝛ mĩa est in san
ctos illi⁹: ꝛ respect⁹ i electos illi⁹.
Gr. Posuisti dñe sup caput ei⁹ coꝛonã Ps. xx.
de lapide pꝛecioso. V. Desiderium anime
ei⁹ tribuisti ei: ꝛ volũtate labioꝝ eius nõ Psal.
fraudasti eum. Allã. V⁹. Letabitur iu- lxiii.
stus in dño ꝛ sperabit in eo: et laudabun-
tur oẽs recti coꝛde. Euange. Si quis
vult post me. in cõi. fo. v. Offerto. Ps. xx.
In virtute tua letabitur iustus / et su-
per salutare tuum exultabit vehementer /

desideriū aīe eius tribuisti ei. Secreta.
Beatus pantaleon martyr
tuus dn̄e q̄ diuersis suppli-
cijs macerat⁹/vera ꝛ viua factus
est hostia: hec q̄ tibi offerim⁹ ad sa
lutē nostrā gratificet sua intercef-
p.lxxx sione libamina. p. Cōio Magna est
viii. gloria ei⁹ i salutari tuo: gloriā ꝛ magnū
decorē impones sup eū dn̄s. Postcōio.
Redēptiōis nr̄e sacro gustu
satiati/q̄s dn̄e vt interueniē-
te beato pantaleone martyre tuo:
p hec sancta q̄ sumpsimus ad eter
na gaudia preparemur. Per dn̄m.
¶ Sctōꝝ felicis/simplicij/fausti-
ni/ꝛ beatricis martyrū. Officiū.
Psal. Sacerdotes eius induant
cxxxi. salutari: et sancti eius
exultatione exultabūt.
ps. Memento dn̄e dauid: et
omnis mansuetudinis eius. Oratio.
Presta q̄s om̄s deus: vt sicut
populus xp̄ianus martyrū
tuorū felicis/simplicij/faustini/et
beatricis temporali solēnitate cō-
gaudet/ita perfruat eterna: et qđ
votis celebrat pio cōprehēdat effe-
ctu. p. Ep̄la Lingua sapiē. in cōi.
Ibidē fol. vij. Gr. Sacerdotes eius induam
salutari/ꝛ sancti eius exultatione exulta
bunt. ℣. Illuc producā cornu dauid/pa-
Psal. raui lucernam xp̄o meo. Allā. ℣. Uox
cxvij. exultationis et salutis/in tabernaculis
iustorū. Euāge. Attendite a. in cōi.
Psal. fol. ix. Offer. Exultabunt scti in gloria/
cxlix. letabuntur in cubilibus suis: exultatio-
nes dei in faucibus eorum. Secreta.
Hostias tibi dn̄e p sanctorū
martyrū tuorū felicis/sim-
plicij/faustini/et beatricis hono-
re deferimus: suppliciter deprecan
Johā. tes vt indulgētiā nobis conferant
xv. A et salutē. Per. Cōio. Ego vos elegi
de mundo/vt eatis ꝛ fructum afferatis/
et fructus vester maneat. Postcōio.
Benedictionis tue dn̄e plebs
tibi deuota fructū reportet
et gaudiū: vt qđ sctis martyribus
tuis felici/simplicio/faustino/et
beatrici exhibuit tp̄ali seruitio/pe
renni p̄sidio cōsequat. p d. ¶ San-
ctorꝫ abdon ꝛ sennes mar. Offm.
Intret in conspectu tuo p.lxx
dn̄e gemitus cōpedito- viii.
rū: redde vicinis nostris
septuplū in sinu eorum:
vindica sanguinē sanctorum tuo-
rum qui effusus est. ps. Deus vene-
runt gētes in hereditatē tuam/polluerūt
templum sanctū tuum/posuerunt hieru-
salem in pomorum custodiam. Oratio.
Deus qui sctis martyribus
tuis abdon et sēnes ad hāc
gloriā veniendi copiosum munus
grē tue cōtulisti/da famulis tuis
suorū veniā delictorū: vt sanctorū
tuorꝫ itercedētib⁹ meritis/ab oīb⁹
mereantur aduersitatibus libera-
ri. p. Ep̄la Bn̄dictus deus. in cōi.
fo. iiij. Gr. Gloriosus deus in sctis mi Exodi
rabilis in maiestate faciens prodigia. ℣. xv. A
Dextera tua domīe glorificata est in vir-
tute/dextera manus tua confregit inimi-
cum. Allā. ℣. Reddet deus mercedem
laborum sanctorꝫ suorū/ꝛ deducet illos
in via mirabili. Euangel. Uidete ne
quis. in cōi. fol. ix. Offer. Mirabilis
deus in sanctis suis/deus israel ipse da-
bit virtutem ꝛ fortitudinem plebi sue be-
nedictus deus alleluia. Secreta.
Frequentata mysteria do-
mine pro sanctorū martyrū
tuorum abdon ꝛ sennes veneratio
ne/deuota mente tractamus: qui-
bus et presidium nobis crescat et p.lxx
gaudiū. Per. Cōio. Posuerunt mor- viii.

talia seruorum tuorum escas volatilib⁹
bus celi/carnes sanctorum tuorum bestijs
terre/secundum magnitudinem brachij tui pos-
side filios [illegible]orum. Postcõio.

Sumat dñe plebs fidelis ce-
lestis dona remedij: per que
itercedẽtib⁹ sctis martyrib⁹ tuis
abdon ꝛ sennes/a suis emundetur
delictis. Per. ¶ Sancti germani
episcopi ꝛ confessoris. Officium.



Dañ. iij. Sacerdotes dei benedicite dominu: scti et humiles corde laudate deũ. ℣. Bñdicite omnia opera domini domino: laudate ꝛ superexaltate eũ in secula. Or.

Exaudi nos de⁹ salutaris nr̃: et quia nr̃e voces non merẽtur audiri/sancti germani cõfessoris tui atq₃ pontificis interuentio (q̃s) sit accepta p nobis. p. Epl̃a. Justum deduxit. in cõi. fo. xj. Gr.

ps. cix. Jurauit dñs ꝛ non penitebit eũ/tu es sacerdos i eternũ scd̃ꝫ ordinẽ melchisedech.

Eccle. ℣⁹. Dixit dñs dño meo/sede a dextris meis. Allã. ℣. Amauit eũ dñs ꝛ ornauit eũ/stola glorie iduit eũ. Euã. Vigi-


ps. lxxx iiij. late q₂ nesci. i cõi. fo. xij. Offr. Veritas mea ꝛ mia mea cũ ipso/ꝛ in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

Sacrificiũ tibi dñe p bti germani cõfessoris tui atq₃ põtificis celebritate offerentes: q̃s vt ppitiationẽ quã nr̃is operib⁹ non meremur/pijs suffragatoris itercessionib⁹ ꝯsequamur. Per. Cõio.

ps. lxxx viij.

Mat. Dñe quinq₃ talenta tradidisti michi/ecce alia quinq₃ superlucratus sum. euge serue xxv.
fidelis/quia in pauca fuisti fidelis/supra B
multa te constituam/intra in gaudiũ domini tui. Postcommunio.

Supplices te rogam⁹ omnipotens de⁹: vt q̃ percepim⁹ celestis mense substãtiã: intercedẽte btõ germano cõfessore tuo atq₃ põtifice/ad vitã puemiamus eternã. Per. ¶ Ad vincula scti petri.



Nunc scio vere q₂ misit Act.
dñs angelum suum et xij. C
eripuit me de manu herodis: et de omni expectatione plebis iudeorum. ℣. Et petrus ad se reuersus/dixit. Oratio.

Deus q̃ btm̃ petrũ apl̃m a vinculis absolutuꝫ illesum abire fecisti: nr̃orũ q̃s absolue vincula peccatorum/ꝛ oĩa mala a nobis propitiatus exclude. Per dñꝫ. ¶ Memoria de martyrib⁹. Oro.

Fraterna nos dñe martyrũ tuorũ corona letificet/q̃ et fidei nr̃e pbeat icremẽta virtutũ: et multiplici nos suffragio consoletur. Per. Lectio actuum apl̃or.

In diebus illis. Egressus pe xij. C
trus de carcere/venit ad domum marie matris iohannis qui cognominat⁹ est marc⁹: vbi erant multi congregati ꝛ orantes. Pulsante aũt eo ad ostium ianue: processit puella ad videndum eũ/noĩe rode. Et vt cognouit vocẽ petri/pre gaudio non aperuit ianuam: sed introcurrens nunciauit stare petrũ ante ianuã. At illi dixerunt ad eam. Insanis. Illa autẽ affirmabat sic se habere. Illi autẽ dicebant quia angelus eius est. Petr⁹ autẽ perseuerabat pulsans. Cum aũt aperuisset ostium: viderũt eũ/

et obstupuerūt. Innuens aūt eis manu vt tacerent: narrauit quō dñs eduxisset eum de carcere. Gr.
Psal. xliiij. Constitues eos principes super omnem terram / memores erunt nominis tui domine. V. Pro patrib⁹ tuis nati sunt tibi filij / propterea populi confitebuntur tibi
Eccle. Allā. V. Solue iubēte deo terrarum petre catenas / qui facis vt pateant celestia regna beatis. Sequentia.

Nunc luce alma splendescit per orbem hec dies ecce gloriosa. Almi recolamus petri voce celsa. Gratāter modulos accōmodet in qua. Vincentis amorem ob superū crucis sacre trophea. Merito gloriāqȝ perlatā in celesti gloria. Pio corde fraterna iubiletqȝ turma. Qui a christo ligangi soluendiqȝ dona. Accipiens clauiger effectus nostra resoluens vincula. Subleuando ethereis sedib⁹ potestate nos tradita. Jungat cetui sancto / culmine in poli paradisiqȝ amenia. Ubi adorat ordo te xpe psallendo armonica voce cantica. Noua sctōꝝ resonantiū laude angelicus mellica. Cū supernā maiestatē tuā poscentes hūiliter almā. Cuius digna nos cum illis resonemus vna: rithmica in excelsis carmina. Celestiqȝ i gloria trinū atqȝ vnum iugiter veneremur in arua. Celsa potestas angelica. Ouans te laudat in gl'ia. Uirtutes celi te glificāt per astra. Qui pris sedes ad dexterā. Nr'a exaudi angelorū. Et famłoꝝ iūgēs voces pcanīa. Quoꝝ vocib⁹ vt caterua. Glorificet semp te & nr'a. Regnātem iure cū sctis in eternū. Euā. Uenite iesus in partes. in cōi. fo. ij. Credo.
Psal. xliiij. Offr. Consti[illegible] super omnē terrā / memores erūt nominis tui / in oī progenie & generatiōe. Secreta.

Offerimus tibi domine placabile munus deprecantes: vt sicut beato petro apostolo tuo in vinculis dedisti constātiam / ita nobis tua gr'a indulgētiā operet. Per. ¶ Alia secret. de martyrib⁹.

Mysteria dñe p sanctoꝝ martyrū tuorū solennitate deuota mēte oblata / nobis presidiū pstēt & gaudiū. p. Pref. Et te dñe. Cōio. Tu es petrus: & sup hanc petrā Mat. edificabo ecclesiam meam. Postcōio. xvi. C

Psal. cxviij. Muneris diuini perceptio (qs) dñe btō petro aplō intercedēte / semp a nobis pctōꝝ nr'oꝝ vincula submoueat: & pericula cūcta depellat. p. Alia postcō. de marty.

Presta qs oīpotēs deus: vt quorū memoriā sacramēti participatione recolimus / fidem quoqȝ proficiendo sectemur. Per.
¶ Scti stephan[illegible]s mar. Of.

Sacerdotes tui dñe induant iustitiam / & scti tui exultent: propter dauid seruū tuū non auertas faciē xpi tui. ps. Memēto dñe dauid: et omnis mansuetudinis eius. Oro. Psal. cxxxi.

Deus q nos bti stephani martyris tui atqȝ pōtificis annua solēnitate letificas: cōcede ppiti⁹ vt cuius natalitia colim⁹ / de eiusdē etiā ptectione gaudeam⁹. p. Epl'a. Ois pōtifex. in cōi. fo. viij. Gr. Inueni dauid seruum meum: oleo sctō meo vnxi eū / man⁹ eni mea auxiliabitur ei: & brachiū meū cōfortabit eū. V. Psal. lxxxviij. Nichil proficiet inimicus in eo / et filius iniquitatis non nocebit eum. Alleluia. V. Elegit te dominus sibi in sacerdotem Eccle. magnum in populo suo. Euan. Homo

quidã nobilis. in cõi. fo. vj. Offr. Inveni david. in cõi. fo. xij. Secreta.

Hostias nostras q̃s dñe tibi reddat acceptas / itercessio scti stephani martyris tui atq; põtificis: qui eas tibi digne offerẽdo complacuit. Per. Cõio Dñe quinq; talenta. in cõi. fo. xij. Postcõmunio.

Sumẽtes dñe divina mysteria q̃s: ut bti stephani martyris tui atq; põtificis intercessione / etne nobis p̃beãt icremẽta letitie. p. ¶ In invẽtiõe scti stephani ptomar. sociorũq; ei9. Officium.

psal. cxviij. Etenim sederunt principes / et adversum me loquebãtur: et iniqui persecuti sunt me. adiuva me dñe deus meus: q2 servus tuus exercebatur in tuis iustificationibus. ps. Beati immaculati in via: qui ambulant in lege domini. Oratio.

Deus q̃ es sctõ4 tuo4 splendor mirabilis: q̃q; hodierna die bti stephãi martyr3 tui / nicodemi / gamalielis / atq; abibon invẽtionẽ gl̃iosam revelasti: da nobis q̃s i etna letitia de eo4 societate gaudere. p. Lctõ actuũ apl̃o4.

vj. C In diebus illis. Stephanus plenus gr̃a et fortitudine: faciebat prodigia et signa magna in pplo. Surrexert aũt q̃dã de synagoga q̃ appellabatur libertino4 et cyrenensiũ et alexandrino4 / et eo4 q̃ erant a cilicia et asia: disputãtes cũ stephano / et non poterãt resistere sapiẽtie et spũi q̃ loq̃bat. Audiẽtes aũt hec / dissecabãtur cordibus suis: et stridebãt dentib9 in eũ. Cũ aũt esset stephan9 plenus spũ sctõ: intẽdẽs i celũ vidit gl̃iam dei / et iesum stantẽ a dextris virtutis dei / et ait. Ecce video celos apertos: et filiũ hois stantem a dextris virtutis dei. Exclamãtes aũt voce magna continuerũt aures suas: et impetũ fecerunt unanimiter in eum. Et eiicientes eũ extra civitatẽ: lapidabãt. Et testes deposuerũt vestimẽta sua sec9 pedes adolescẽtis: q̃ vocabat saulus. Et lapidabant stephanũ invocãtẽ et dicentẽ. Dñe iesu suscipe spm̃ meũ. Positis aũt genib9: clamavit voce magna / dicẽs. Dñe iesu: ne statuas illis hoc peccatũ. Et cũ hoc dixisset: obdormivit in dño. Gr. Sederunt. cũ V. et Alla. et seq̃n. q̃re i alio festo post nativi. dñi. ¶ Scdm Matheum.

In illo tp̃e. Dixit iesus turbis iudeo4 et principibus sacerdotum. Ecce ego mitto ad vos pphetas et sapiẽtes et scribas: et ex illis occidetis et crucifigetis / et ex illis flagellabitis i synagogis vestris / et persequemini de civitate i civitatem. Ut veniat sup vos ois sanguis iust9 q̃ effusus est sup terram: a sanguie abel iusti / usq; ad sanguinẽ zacharie filij barachie quẽ occidistis inter tẽplũ et altare. Amen dico vobis: venient hec oia sup gñationẽ istã. Hierl̃m hierl̃m q̃ occidis pphetas / et lapidas eos qui ad te missi sunt: quotiẽs volui congregare filios tuos / quẽadmodũ congregat gallina pullos suos sub alas / et noluisti. Ecce relinquetur vobis domus v̄ra deserta. Dico eñi vobis: nõ me videbitis amodo / donec dicatis. Bñdict9 qui venit / in noie dñi. Non dicit Credo. xxiiii.

Offr. Elegerũt apostoli stephanũ levitã plenum fide et spũ sancto: quẽ lapidaverunt iudei / orantem et dicentem: dñe iesu / Act. vi. B

accipe spiritum meum allã. Secreta.

SAcrificium tibi dñe fidelium tuorũ votis oblatũ serenus intende: vt qd dilecto martyri tuo stephano / nicodemo / gamalieli / atq3 abibon hodiernã inuẽtionis eorũ cõtulit gloriã: nobis ad redẽptionẽ prosit et grãm. Per. Cõio.

Act. vij. G Uideo celos apertos / et iesum stantem a dextris virtutis dei: dñe iesu accipe spiritum meum: & ne statuas illis hoc peccatũ quia nesciunt quid faciunt. Postcõio.

EPularũ tuarum alimẽto saginati te hũiliter rogam⁹ dñe de⁹ noster: vt bti martyris tui stephani / nicomedi / gamalielis / atq3 abibon meritis nos vbiq3 adiuues: quorum hodie reuelationis solẽnitatẽ celebramus. Per. ¶ Sãcti oswaldi regis & marty. Officiũ.

p. viij.



GLoria et honore coronasti eũ: & cõstituisti eum sup opera manuũ tuarum. Ps. Domine dñs nr: q̃ admirabile est nomẽ tuũ i vniuersa tra. Or.

OMps sempiterne deus q̃ hui⁹ diei iocundã sanctãq3 letitiã in scti serui tui oswaldi passiõe cõsecrasti: da cordibus nr̃is tui amoris charitatisq3 augmẽtũ: vt cui⁹ in terris scti sãguis effusionẽ celebram⁹ / illi⁹ i celo collata p̃ocinia sentiam⁹. p. Epl̃a. Btũs vir q̃ inẽ.

ps. xx. in cõi. fo. iiij. Gr. Posuisti dñe sup caput ei⁹ coronã de lapide p̃cioso. V. Desideriũ aie ei⁹ tribuisti ei & volũtatẽ labiorũ eius nõ fraudasti eũ. Allã. V. Btũs vir q̃ suffert tentationẽ: quõ cũ pbat⁹ fuerit / accipiet coronã vite. Euãg. Si qs vẽit ad me. i cõi. fo. v. Offr. Gloria et honore coronasti eũ: & constituisti eum sup opera manuũ tuarũ dñe. Secreta.

Jac. vi. j.

p. viij.

MUnera q̃s dñe q̃ in scti oswaldi reg3 et martyris tui cõmẽmoratiõe tue maiestati offerimus / ppitiat⁹ assume: & illã q̃ eo flagrauit fortẽ dilectionẽ / nobis ĩspira benign⁹. p. Cõio. Magna est gloria ei⁹ i salutari tuo: gloriã & magnũ decorẽ impones sup eũ dñe. Postcõio.

ps. xx.

UJtali alimonia recreati q̃sum⁹ oñs deus: vt beati oswaldi martyr3 tui precib⁹ tuã nobis iustitiã placari sentiam⁹ / cui⁹ gl̃iosa certamina solẽni deuotiõe veneramur. Per. ¶ In transfiguratione domini. ¶ Bñdictio vue.

BEnedic dñe & hos fruct⁹ noue vue: quos tu dñe rore celi / & inundatiõe pluuiarum / & tẽporum serenitate atq3 tranquillitate ad maturitatẽ perducere dignatus es: & dedisti eos ad vsus nostros cũ gratiarũ actione pcipere. In noie dñi nr̃i ✠ iesu xpi: p quẽ oia dñe semp bona creas. Qui tecũ. ¶ In trãsfiguratiõe dñi. Ad missam. Offi.



VEni & ostende nobis faciem tuam domine / q sedes super cherubin: et salui erimus. Ps. Qui regis israel intende: q deducis velut ouem ioseph. Oratio.

psal. lxxix.

DEus q̃ hodierna die vnigenitũ tuũ mirabiliter trãsfi

guratũ/celitus vtriusq; testamẽ-ti patribus reuelasti: da nobis q̃s bñplacitis tibi actibꝰ ad eiꝰ semꝑ cõtẽplãdã ꝑtingere gr̃am: in quo tue paternitati optime cõplacuis-se testatus es. Per eundẽ dñm. ⁊c.

Lectio epistole bti petri apostoli.

ii.j. Charissime. Non enim indoctas fabulas secuti/ notam fecimus vobis dñi nostri iesu xp̃i virtutem ⁊ pꝛesciẽtiam: sed specu-latoꝛes facti illius magnitudinis. Accipiẽs eñi a deo patre honoꝛem et gloꝛiam: voce ad eũ delapsa hu-iuscemodi a magnifica gloꝛia. Hic est filius meus dilectus/ in quo mi-chi bene complacui: ipsum audite. Et hãc vocẽ nos audiuimꝰ de ce-lo allatã: cũ essemꝰ cũ illo in mõte sctõ. Et habemꝰ firmioꝛẽ pꝛophe-ticũ sermonẽ/ cui benefacitis attẽ-dẽtes: quasi lucerne lucẽti ĩ caligi-noso loco. Donec dies illucescat: et lucifer oꝛiatur in coꝛdibꝰ vestr̃.

ps.cix. Gr. Tecũ pꝛincipiũ in die virtutis tue in splẽdoꝛibꝰ sctõꝝ: ex vtero ante luciferũ genui te. V. Dixit dñs dño meo/ sede a dextris meis: donec ponã inimicos tuos scabellum pedum tuoꝛum. Alleluia. V.

Eccle. Dies sanctificatus illuxit nobis: venite gẽtes ⁊ adoꝛate dñm/ q₂ hodie descendit lux magna suꝑ terram. Sequẽ. Lau-des saluatoꝛi. require ĩ dominica octa. pasche. Uel ista sequentia.

Benedicta semper sit beata trinitas deitas: sed vnitas coequalis gloꝛia. Pater filius san-ctus spũs tria sunt nomina: oĩa eadem substantia. Deus genitoꝛ/ deus genitus: in vtroq; sacer spũs deitate socia. Non tres tamen dij sunt/ deus verꝰ vnus est: sic pater dñs filius spũsq; dñs. Ipse tamen filius deꝰ verus vnus est: pꝛeclarꝰ itaq; spiritus ab vtroq; emanat. Pꝛopꝛietas in ꝑsonis: vnitas est in essentia. Maiestas par et pote-stas: decus honoꝛq; ꝑ oĩa. Sydera maria continẽs/ arua simul ⁊ vni-uersa condita. Quẽ tremũt impia tartara: colit quoq; quẽ ⁊ abyssꝰ infima. Quem laudant sol atq; luna: dignitas adoꝛat angelica. Nunc oĩs vox atq; lingua fatea-tur hũc laude debita. Et nos voce pꝛecelsa oẽs modulemur oꝛgani-ca cantica dulci melodia. Eia et eia nunc oẽs iubilemus alti thꝛo-ni dño laudes in excelsis. O vene-randa trinitas. O adoꝛanda vni-tas. Per te sumus creati vera eter-nitas. Per te sumus redẽpti sum-ma tu charitas. Populũ cũctum ꝓtege/ salua/ libera/ eripe ⁊ emun-da. Te adoꝛamus oĩps/ tibi cani-mus: tibi laus ⁊ gl̃ia. S. matheũ.

In illo tp̃e. Assumpsit iesꝰ pe-trũ ⁊ iacobũ ⁊ iohãnem fra- xvii. A trẽ eiꝰ/ ⁊ duxit illos in mõtẽ excel-sum seoꝛsũ: ⁊ trãsfiguratꝰ est ante eos. Et resplẽduit facies eiꝰ sicut sol: vestimẽta aũt eius facta sunt alba sicut nix. Et ecce apparuerũt illis moyses et helias: cum eo lo-quentes. Rñdens autẽ petrus: di-xit ad iesum. Dñe: bonum est nos hic esse. Si vis faciamꝰ hic tria ta-bernacula: tibi vnũ/ moysi vnũ/ et helie vnum. Adhuc eo loquẽte: ecce nubes lucida obũbꝛauit eos. Et ecce vox de nube dicens. Hic est filius meus dilectus/ in quo mihi bene cõplacui: ip̃m audite. Et au-dientes discipuli/ ceciderunt in fa-ciẽ suã: ⁊ timuerũt valde. Et acces-sit iesus et tetigit eos: dixitq; eis.

Surgite: et nolite timere. Leuantes autē oculos suos: neminē viderūt nisi solū iesū. Et descēdentib⁹ illis de mōte: p̄cepit eis ies⁹ dicēs. Nemini dixeritis visionem: donec filius hominis a mortuis resurgat.
p̄. xxij. Credo. Offer. Deus enī firmauit orbem terre q̄ non cōmouebit: parata sedes tua de⁹ ex tūc / a seculo tu es. Secreta.

SUscipe q̄s dn̄e sancte pater om̄ps eterne de⁹ / munera q̄ p gloriosa filij tui trāsfiguratione deferimus: ꝛ concede ppiti⁹ vt p hec a tp̄alib⁹ liberemur incōmodis: ꝛ gaudijs cōnectamur eternis. Per eūdē. Prefa. de natiui. Or̄ p incarnati. Cōio. In splendoribus sctōrū ex
p̄s. cix. vtero ante luciferū genui te. Postcōio.

DEus q̄ hunc diē incarnati verbi tui trāsfiguratione / tueq̄ ad eū missa paternitatꝫ voce cōsecrasti: tribue q̄s vt diuinis pasti alimonijs i ei⁹ mereamur mēbra trāsferri / q̄ hec in sui memoriā fieri precepit: iesus xp̄s filius tuus dn̄s nr̄. Qui te. ¶ Sctōr̄ sixti / felicissimi / ꝛ agapi. marty. Offiti.

Psal. xxxvi. SAlus autē iustor̄ a dn̄o: et ptector eor̄ est in tp̄e tribulationis. p̄s. Noli emulari in malignantibus: neq̄ zelaueris faciētes iniquitatē. Or̄.

DEus q̄ nos ꝯcedis sanctor̄ martyrū tuor̄ sixti / felicissimi / ꝛ agapiti natalitia colere: da nobis in eterna beatitudine de eorū societate gaudere. Per. Ep̄la. Bn̄dictus deus. In cōi. fo. iiij. Gr̄.

Sap. iij. A Iustor̄ aīe in manu dei sunt: ꝛ nō tanget illos tormentū malitie. V̄. Visi sunt oculis insipientium mori: illi autem sunt in
Sap. x. D pace. Alleluia. V̄. Reddet deus mercedem labor̄ sanctor̄ suor̄: ꝛ deducet illos in via mirabili. Euang. Cū audieritis. in cōi. fo. viij. Offer. Glorīabūtur ps. l. in te oēs qui diligunt nomen tuum / q̄m tu benedices iusto: domine vt scuto bone voluntatis tue coronasti nos. Secreta.

MUnera domine tue maiestati oblata: sanctorū martyrum tuor̄ sixti / felicissimi / ꝛ agapiti quesumus interuentu: nobis ad salutē proficere sentiamus eternam. Per dn̄m. Cōio. Ego vos elegi de mundo: vt eatis ꝛ fructū afferatis ꝛ Jo. xv. fructus vester maneat. Postcōio.

BEator̄ martyr̄ tuor̄ sixti / felicissimi / ꝛ agapiti dn̄e intercessione placat⁹: p̄sta q̄s vt mysteria sctā q̄ tp̄ali celebram⁹ actione / ppetua saluatione capiamus. Per. ¶ In festo nois iesu. Offi.

IN nomine iesu oē genu flectatur / celestiū terrestriū et infernorū: ꝛ ois lingua confiteat̄ q̄ dn̄s noster iesus christus in glīa est dei patris. In tempore paschali all'a. Phi-lip. ij.
p̄s. Laudate dn̄m quoniam bonus dn̄s: psallite nomini eius quoniā suaue. Or̄. Psal. cxlvi.

DEus qui gloriosissimū nomen dn̄i nostri iesu christi vnigeniti filij tui / fecisti fidelibus tuis sūmo suauitatꝫ affectu amabile: ꝛ malignis spiritibus tremēdū atq̄ terribile: concede ppitius vt oēs q̄ hoc nomē iesu deuote venerātur in terris: sctē ꝯsolationis dulcedinē in p̄senti pcipiant / ꝛ in futuro gaudiū exultatiōis ꝛ interminabilis iubilationis obtineāt. Per eūdem. Lectio actuū apl'or̄.

IN dieb⁹ illis. Petr⁹ replet⁹ spū sancto / dixit. Principes populi et seniores / audite. Si nos hodie diiudicamur in benefacto Act. iiij. B

hois infirmi in quo iste saluus factus est. Notũ sit oib⁹ vobis et oi plebi israel: quia in noie dñi nostri iesu xp̃i nazareni quẽ vos crucifixistis / quẽ deus suscitauit a mortuis: in hoc iste astat coram vobis sanus. Hic est lapis q reprobat⁹ est a vobis edificãtib⁹: q fact⁹ est in caput anguli. Et nõ est i aliquo alio salus. Nec eñ aliud nomẽ est sub celo datũ hoibus: in quo oporteat nos saluos fieri. Gr. Constituit de⁹ pater ad dexteram suã iesum xp̃m in celestibus / sup oẽm principatũ & potestatẽ et virtutẽ & dñationẽ / & oẽ nomen qd noiat nõ solũ in hoc seculo sed etiã in futuro: et oia subiecit sub pedibus eius. V. Adiuua nos deus salutaris nr̃: & ppt gloriã nois tui dñe libera nos / & propitius esto pctis nr̃is pp̃ter nomẽ tuũ. Allã. V. Dulce cordi nomen iesu / melos auri mel in esu: cor conuertit in iubilum & fugat mundi sibilum. Secundũ Allã. in cõmeo. in tp̃e pasch. Allã. V. Surgens iesus dñs noster stetit in medio discipulorum suorũ & dixit: pax vobis. In cõmemoratione a. lxx. vsq ad pasc. Tract.

Ephe. j. D

j. lxx. viij.

Luce xxiiij.

Dulce nomen iesu xp̃i: felix omen ferens tristi: iocundans mentem iubilo. V. Tollit luctum affert fructum: et obductum & seductum purgat cor a nubilo. V. Nominatum inuocatum / honoratum predicatum / semp sonat dulciter. V. Tã peccatũ q̃ reatum: condonatũ expurgatũ / reddit mulcens leniter. V. Hostes ferit / mores serit: mala terit / graues gerit / plenum est presidiũ. V. Nos defendit nos accendit: nos intendit & extendit / hoc nomen in gaudium. Sequentia.

Dulcis iesus nazarenus / iudeorũ rex amen⁹: pius pulcher florid⁹. Pro salute sue gẽtis / subit mortẽ cũ tormentis: factus pallens liuidus. Dulce nomen et cognomẽ / hoc transcendẽs est pre nomẽ: oib⁹ noib⁹. Mulcet reos sanat eos / fouet iustos munit eos: seruãs ab insultibus. Huius regis sub vexillo / statu degis in trãquillo: hostes tui fugiũt. Nomen eius meditatũ / belli fugat apparatũ: hostes victi rugiũt. Hoc est nomen recolẽdũ / qd sic semp est tremẽdũ malignis spiritib⁹. Hoc est nomen salutare / & solamen singulare: qd succurrit tristibus. Hoc nos decet honorare: arca cordis inserare: cogitare / peramare / amore sed heroico. Ignatius hoc docuit / illud passus insonuit: cor ei⁹ scissum patuit / inscriptũ iesu celico. Ut quid maiora cupim⁹ / q̃ quod iesus sit intimus: q est preamãtissimus / et querit nos amare. Amat feruẽtissime / amat cõstantissime: amat fidelissime / & suos vult iuuare. Nomen suum fecit tale / vt sit cunctis cordiale: capitale principale / dilectũ ex intimis. Habẽt hoc nature iura / vt amantẽ tota cura reamemus: placitura prestantes ex animis. Jesu nomen oẽ bonũ tenet / dulcẽ facit sonũ: promeretur regni thronũ / auditũ letificat. In hoc lucet splendor patris / in hoc patet decor matris / in hoc fulget honor fratris: hoc fratres magnificat. Caput iesu cor mens manus / vulnus liuor sanguis planus / pedes corp⁹ vigor san⁹: parant hoibus. Hec torquentur passa dura: his lesura & natura / reparant pia cura purgatis criminib⁹. Ergo siquis velit scire / quare iesu nomẽ mire / facit bonos xcupire / sit iherẽtiã. Diuisio. Iesus pulcher in deco-

re/summe bonus in valore: mitis lenis cũ dulcore / pnus ad clementiam. Jesus est rex generosus / iesus forma speciosus / iesus lingua gloriosus / et mirandus opere. Jesus fortis animosus / iesus pugil vigorosus / iesus donis copiosus / et gaudet tribuere. Jesus pie viscerosus / iesus ductor lumiosus / iesus est deliciosus / ⁊ sapit dulcissime. Jesus fama gloiosus / iesus cũctis fructuosus / iesus totus virtuosus / fouet suos optie. Sũmus potẽs in vigore / summ⁹ celsus in honore / summ⁹ gratus in amore: omnẽ laudem obtinet. In sciendo summe sapit / ambiendo cũcta cagit: diligendo corda rapit / ⁊ illata detinet. Eia nobis nomen gratũ / iesus dulcis appellatũ: sit in corde sic firmatum / vt non possit erui. Hoc reatũ pctõꝝ tollat / prestet iubiloꝝ odas / sede beatoꝝ donet nobis pfrui. Amẽ. Scdm Matheũ.

i. C In illo tẽpore. Angelus dñi apparuit in somnis ioseph: dicens. Joseph fili dauid: noli timere accipere mariam coniugem tuã. Qd eñ in ea natũ est: de spũ sancto est. Pariet autẽ filiũ: ⁊ vocabis nomen eius iesum. Ipse eñ saluũ faciet populũ suum: a peccatis eoꝝ. Hoc autẽ totum factũ est: vt adimpleret qd dictũ est a dño / per pphetã dicentẽ. Ecce virgo cõcipiet in vtero ⁊ pariet filiũ: ⁊ vocabitur nomẽ eius emanuel. Qd interpretat nobiscũ de⁹. Credo.

Mar. xvi. D In die tñ. Offr. In noie meo demonia eijciẽt / linguis loquentur nouis / serpentes tollent / ⁊ si mortiferũ qd biberint non eis nocebit. super egros manus imponent ⁊ bene habebunt allã. Secreta.

In veneratiõe nois dilectissimi filij tui dñi nr̃i iesu xpi tibi de⁹ pr̃ nr̃aꝝ / deuotis mentib⁹ hostias immolam⁹ suppliciter deprecantes: vt earũ virtute cunctis egẽtib⁹ prestet auxiliũ: vt in eodẽ noie delectãtes / salutarẽ sui ppositi ꝯsequãtur effectũ. Per eundẽ. Prefa. Qꝛ p incarnati. per totum annum. Cõio. Vincenti dabo mãna absconditũ: ⁊ dabo illi calculũ candidũ / ⁊ in calculo nomen nouũ scriptũ / qd nemo scit nisi qui accipit alleluia. Postcõio. Apoc. ij. E

Sacrosctã mysteria q̃ sumpsim⁹ dñe ad honorẽ cõplacẽtissimi nois filij tui dñi nr̃i iesu xpi deuotis pcordijs recolẽtes / q̃s vt incremẽta spũalis exultatiõis nobis accumulẽt: ⁊ affectũ nr̃m ad hoc salutiferũ nomẽn iesu iugiter imprimendũ accẽdãt: ⁊ ad iubilandum in iesu saluatore nr̃o dulcissimo / tota mẽtis itẽtiõe pmoueãt. Per eundẽ. Per totas oct. dicat missa predicta qñ de octa. agit: sed sine Credo. et cũ sequentia Jesus pulcher in decore. vt s. i diuisione.

Scti donati epi ⁊ mart. Offic.

Sacerdotes dei benedicite dñz: sancti ⁊ humiles corde laudate deũ. Ps. Benedicite omnia opera domini domino: laudate et superexaltate eum in secula. Oratio. Dan. iii. f

Deus q̃ es tuorũ gl̃ia sacerdotũ: presta q̃s vt scti donati martyris tui atq; põtificis cui⁹ festa celebram⁹ / sentiam⁹ auxiliũ. p. Epl̃a. Nẽo militãs. i cõi. fo. iiij. Gr. Inueni dauid seruum meum / oleo scõ meo vnxi eũ: manus eñ mea auxiliabit ei: ⁊ brachiũ meũ c[illegible] confortabit eũ. V. Nichil pficiet inimic⁹ in eo: ⁊ fili⁹ iniqta- ps. lxxxviij.

Psal. lxxxviii. tis non nocebit eũ. Allã. V. Disposui testamentum electis meis: iuraui dauid seruo meo. Euãge. Uigila. qr nesci. Ps. xx. in cõi. fo. xij. Offr. In virtute tua domine letabitur iust⁹: et super salutare tuũ exultabit vehementer / desiderium anime eius tribuisti ei. Secreta.

Exaudi dñe pces nr̃as: et vt tibi digna sint munera que oclis tue maiestati offerim⁹: intercedẽte beato donato martyre tuo atq pontifice: subsidiũ nobis tue Ps. xx. pietati ipede. p d. Cõio. Magna est gloria ei⁹ i salutari tuo: gloriã et magnũ decorẽ impones sup eũ dñe. Postcõio.

Deuotiõi nr̃e dñe qs clemẽter adesto: vt intercedente dobtõnato martyre tuo atq pontifice: qd ad honorẽ tui nois debitor requẽtam⁹ obseqo / fiat nobis remediũ salutare. p d. ¶ Scti cyriaci sociorũq ei⁹ martyr. Offm.

Psal. xxxiij. Timete dñm oẽs sancti eius: qm nichil deest timentibus eum. diuites eguerũt et esuriert: inqrentes aũt dñm nõ deficiẽt oi bono. ps. Benedicam dñm in omni tempore: semp laus eius in ore meo. Oratio.

Deus q nos annua beatorũ martyr tuor cyriaci sociorũq ei⁹ solẽnitate letificas: cõcede ppiti⁹ vt quorũ natalitia colim⁹ / virtutem quoq passionis imitemur. Per d. Lectio libri sapientie.

Eccle. ii. B Metuẽtes dominũ sustinete misericordias eius: et non deflectati ab illo ne cadatis. Qui timetis dñm credite illi: et non euacuabit merces vestra. Qui timetis dñm sperate in illum: et in oblectatiõe ei⁹ veniet vobis mia. Qu timetis dñm diligite illum: et illuminabunt corda vr̃a. Respicite filij nationes hoim: et scitote qr nullus sperauit in dño / et cõfusus est. Quis eñ pmãsit in mãdatis ei⁹: et derelictus est: Aut qs inuocauit illũ: et despexit eũ: Qm pius et misericors est: dñs deus noster. Gr.

Timete dñm oẽs scti eius: qm nihil deest timẽtib⁹ eũ. V. Inqrentes aũt dñm non deficient oi bono. Allã. V. Mirabilis dñs noster in sctis suis. Scdm marcũ. Psal. xxxiij. Psal. lxvii.

In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis. Eũtes in mundũ vniuersum: pdicate euangeliũ oi creature. Qui crediderit et baptizat⁹ fuerit: salu⁹ erit. Qui vo nõ crediderit / cõdẽnabit. Signa aũt eos qui crediderint: hec sequẽtur. In noie meo demonia eijciẽt: linguis loquentur nouis / serpentes tollent. Et si mortifer qd biberit: nõ eis nocebit. Sup egros man⁹ imponent: et bene habebũt. Offr. xvi. D

Letamini in dño et exultate iusti: et gloriamini omnes recti corde. Secreta. Psal. xxxi.

Pro sctõrũ tuorũ cyriaci sociorũq ei⁹ martyrio venerãdo tibi dñe laudis hostias imolam⁹ / tua mirabilia ptractãtes: p que talis est pfecta victoria. Per. Cõio. Signa eos qui in me credent hec sequent: demonia eiicient / sup egros manus iponent / et bñ habebũt. Postcõio. Mar. xvi. D

Sanctorũ martyr tuor cyriaci sociorũq ei⁹ precibus confidẽtes: qs dñe vt p ea q sumpsim⁹ / eterna remedia capiamus. Per d. ¶ Qñ vigi. sancti laurẽtij extra dñicã euen. tunc dicat missa de oct. nois iesu post tertiã cũ me. de sctõ romano. et post sextã dicat missa de vigil. vtraq ad principale altare. Qñ vigil. scti laurẽtij in

do. eueñ. tunc dicat missa de vigil.
in caplo: cū mēo. de sctō roma. Et
in sūma missa de oct. nois iesu fiat
mēoria de dñica ⁊ de trinitate: ⁊ ni
chil de sancto romano. ⁊ tunc in fe
ria. iiij. prima sequēte dicat missa
dñicalis in capitulo. ¶ In vigilia
sancti laurentij martyris. Offm.

ps. xcj. 

DIspersit dedit pauperi
bus / iustitia eius ma
net in seculū seculi: cor
nu ei⁹ exaltabit in glo
ria. ps. Beatus vir qui timet dñm: in
mandatis eius volet nimis. Oratio.

DA q̄s ops deus / vt triūphū
beati laurētij martyris tui
quē despect⁹ ignib⁹ cōsūmauit in
terris: ppetua celorū luce cōspicuū
digno fidei feruorem venemur. p.
¶ Mēo. de sctō roma. mar. Oro.

PResta q̄s oipotens deus: vt
qui beati romani martyris
tui natalitia colimus / intercessio
ne eius in tui nois amore robore
mur. Per. Lectio libri sapientie.

Eccle. vlti. A COnfitebor tibi dñe rex: et
collaudabo te deū saluato
rem meū. Confitebor noi tuo qm
adiutor et protector factus es mi
chi: ⁊ liberasti corpus meū a perdi
tione. A laqueo lingue inique: ⁊ a
labijs operantiū mendacium. Et
in conspectu astātium fact⁹ es mi
chi adiutor: ⁊ liberasti me secundū
multitudinem mie nois tui. A ru
giētibus preparatis ad escam: de
manib⁹ querētium aīaȝ meā / ⁊ de
multis tribulationib⁹ que circun
dederūt me. A pressura flamme q̄
circundedit me: et in medio ignis
nō sum estuat⁹. De altitudine vē
tris inferi: ⁊ a lingua coinqnata /
et a verbo mēdacij. A rege iiquo:
et a lingua iniusta. Laudabit vsq
ad mortem anima mea dñm: ⁊ vi
ta mea appropinquās erat in in
ferno deorsum. Circumdederūt me
vndiq: ⁊ non erat qui adiuuaret.
Respiciens eram ad adiutorium
hoim: ⁊ nō erat. Memorat⁹ sum
mie tue dñe ⁊ cooperationis tue:
q̄ a seculo sunt. Qm̄ eruis sustinē
tes te / ⁊ liberas eos de manu an
gustie: dñe deus meus. Gr. Disper ps. cxi.
sit dedit pauperibus: iustitia eius manet
in seculum seculi. V. Potens in terra erit
semen eius generatio rectorum benedice
tur. Si dñica fuerit dicitur Allā.
V. Leuita laurētius bonū opus operat⁹ Eccle.
est / qui per signum crucis cecos illumina bor.
uit: et thesauros ecclesie dedit pauperib⁹.
Euange. Si quis vult post me ve
nire. in cōi. fol. v. Offr. Oratio mea
munda est / ⁊ ideo peto vt detur locus voci
mee in celo / quia ibi est iudex meus ⁊ con
scius meus in eternum / ascendat ad do
minum deprecatio mea. Secreta.

TAnto placabiles tibi domi
ne (quesumus) nre sint ho
stie: quanto scti martyris tui lau
rentij / pro cuius solennitate exhi
bent: tibi grata sunt merita. Per.
¶ Alia secreta de sancto romano.

MUneirb⁹ nris q̄s dñe preci
busq susceptis: ⁊ celestibus
nos mūda mysterijs / ⁊ intercedē
te beato romano martyre tuo cle
mēter exaudi. p. Cōio. Qui vult ve Mat.
nire post me abneget semetipm / et tollat xvi. C
crucē suam / ⁊ sequatur me. Postcōio.

COnserua q̄sumus dñe mu
nus tuum in nobis: vt qd te
donāte p beati laurētij martyris
tui solennitate percepimus: ⁊ salu
tem nobis operet ⁊ pacē. Per dñz.
¶ Postcōio de sancto Romano.

Da q̃s dñe deus nr̃: vt sicut beati romani martyr tui tpali gratulamur officio: ita ppetuo letemur aspectu. Per. ¶ In die scti laurentij martyris. Offm.

j.xcv. 

Confessio et pulchritudo in cõspectu ei⁹: sctitas et magnificentia in sanctificatione ei⁹. ps. Cantate domino canticum nouum: cantate domino omnis terra. Oratio.

Da nobis q̃s oĩs deus vitiorũ nostrorum flammas extinguere: q̃ btõ laurẽtio tribuisti tormentorũ suorum incendia supare. p. Mẽo. de noie iesu. Epl̃a. Ad cori.

ii.c.ix. B Fratres. Qui parce seminat: parce et metet. Et qui seminat in benedictionibus: de benedictionib⁹ et metet. Unusquisq; prout destinauit in corde suo: non ex tristitia aut necessitate. Hilarẽ enim datorem diligit deus. Potẽs est autem deus omnem gratiam abũdare facere in vobis: vt in omnibus semper omnem sufficientiã habentes/abundetis in omne op⁹ bonum sicut scriptum est. Dispersit dedit pauperibus: iustitia eius manet in sclm scl̃i. Qui aũt administrat semen seminãti: et panẽ ad mãducandũ pstabit. Et multiplicabit semẽ vr̃m: et augebit icremẽ

j.xvi. ta frugũ iustitie vr̃e. Gr. Probasti domine cor meum: et visitasti nocte. V.

Eccle. Igne me examinasti: et non est inuenta in me iniquitas. Allã. V. Leuita laurẽtius bonũ opus operat⁹ est: qui p signũ crucis cecos illuminauit. Sequentia.

Stola iocũditatis alleluia. Induit hodie domin⁹ militem suũ laurẽtium. Solito plaudat alacrius concio leta fidelium. Hodie martyr insignis hostiã deo placentem obtulit. Hodie tormentum ignis grauiter examinatus pertulit. Animatus ad certamen monitu beati senis. Grauissimis non refugit exhibere membra penis. Ante regem accersitur: et de rebus conuenitur occultis ecclesie. Sed non cedit blandimẽtis: emollitur aut tormentistis eius auaritie. Luditur valerianus: et leuite larga manus: dũ petit inducias. Dat minister charitatis: pauperibus cõgregatis: facultatũ copias Furit igitur prefectus: et paratur ardẽs lectus. Insultãtis viscera: crates vrit aspera. Sudat martyr in agone: spe mercedis et corone. Qui dat fidelib⁹/pro xp̃o certantibus. De cuius militia: celi gaudet curia. Quia vicit hodie ministros neq̃tie. Ut hũc ergo p patronum: consequamur vite donũ. In illius die festo: chorus noster letus esto. Iocundũ in eccl̃ia: decantãs all̃a. Euang. Nisi granũ. in cõi. fo. iiij.

Offr. Confessio et pulchritudo in conspectu eius: sanctitas et magnificentia in sanctificatione eius. p̃.xcv. Secreta.

Ut tuis dñe mysterijs digni reddamur/illa q̃s veritas nos illũinet semp et foueat: q̃ in bti laurẽtij martyris tui corde flãmã tue cõfessionis accẽdit: iesus xp̃s fili⁹ tu⁹ dñs nr̃. Qui te. Cõio. Qui mihi ministrat me sequat: et vbi ego sum/ Iohã. xii. D

illic ⁊ minister meus erit. Postcōio.

Sacro munere satiati supplices te dñe dep̄camur: vt qd̄ debite servitutis celebꝛamꝰ officio: itercedēte btō laurētio martyꝛe tuo/salvationis tue sentiamꝰ augmentum. Per do. ¶ Scti tyburtij martyꝛis. Officium.



ps.xcj. Iustus vt palma floꝛebit: sicut cedꝛus libani multiplicabit̄ plātatus in domo dñi/ in atrijs domꝰ dei nostri. ps. Bonū est confiteri dño: ⁊ psallere noī tuo altissime. Oro.

Beati tyburtij martyꝛ tui nos dñe foveant continuata pꝛesidia: quia non desinis ppitius intueri/ quos talibꝰ auxilijs concesseris adiuvari. Per dñm.

¶ Memoꝛia de sancto laurentio. Epl̄a. Doctrinis varijs. in cōmu
Psal. ni.fo.vij.Gr. Iustus non conturbabi
xxxvj. tur:q2 dñs firmat manum eius. V. Tota die miseret̄ ⁊ commodat: ⁊ semen eius in
ps.xx. benedictione erit. Alleluia. V. Posuisti dñe super caput eius coꝛonam de lapide pꝛecioso. Euāge. Si q̄s vult. in cōi.
Ibidē fol.v.Offr. Posuisti domine in capite eius coꝛonam de lapide pꝛecioso: vitā petiit ⁊ tribuisti ei alleluia. Secreta.

Grata tibi sint domine hec sacrificia / que in sancti tyburtij martyꝛis tui passione deferuntur: cuius intercessione (quesumus) salutaria nobis efficiantur.
Mat. Per dñm. Cōio. Qui vult venire post
xxvj. me/abneget semetipsum: ⁊ tollat crucem
D suam: ⁊ sequatur me. Postcōio.

Quesumꝰ oīs deꝰ: vt interveniente btō tyburtio martyꝛe tuo: ⁊ tua in nobis dona multiplices / et misericoꝛditer largita conserues. Per. ¶ Scti hippolyti sociozūq3 eius martyꝛ. Officium.



Iusti epulentur et exultent in conspectu dei: et delectētur in leticia. Ps. Exurgat deus ⁊ dissipentur inimici eius: ⁊ fugiant qui oderunt eum a facie eius. Oratio. Psal. lxvij.

Da q̄s oīs deꝰ vt btī hippolyti martyꝛis tui sociozūq3 eius venerāda solennitas/ ⁊ devotionē nobis augeat et salutem. P.

¶ Mēo. de noīe iesu ⁊ de. s. lauren. Epl̄a. Iusti aūt in ppetuū. in cōi. fo.vij. Gr. Iustoꝝ anime in manu dei Sap.
sunt: ⁊ nō tāget illos toꝛmētum malitie. iij.
V. Visi sunt oculis insipientiū moꝛi: illi aūt sunt in pace. Allā. V. Scti ⁊ iusti Eccle.
in dño gaudete: vos elegit deus in hereditatem sibi. Si dñica fuerit vꝛ sequētia de cōi plurimoꝛū marty. fo.vij. Euāg. Attēdite a fer. in cōi. fo.ix. Offr. Aīa nostra sicut passer erepta est Psal.
de laqueo venantiū: laqueus cōtritus est cxxiij.
et nos liberati sumus. Secreta.

Respice q̄s dñe munera ppli tui/ in sctōꝝ martyꝝ tuoꝝ hippolyti sociozūq3 eiꝰ honoꝛe oblata: ⁊ testificatio tue veritatis nobis pficiat ad salutē. P. Cōio. Di- Luc.
co aūt vobis amicis meis: ne terreamini xij.
ab his q̄ vos persequntur. Postcōio.

Quos tuis dñe reficis sacramētis/ sctōꝝ martyꝝ tuorū hippolyti sociozūq3 eiꝰ attolle benignus suffragijs: vt nostre redēptionis effectū / ⁊ mysterijs capiamꝰ ⁊ moꝛibꝰ. P d. ¶ Dñi vigilia assūptiōis btē marie extra dominicā evenet̄. tūc dicat̄ missa de octa. noīs iesu post tertiā: cū memoꝛijs de sctis eusebio ⁊ laurē. ⁊ post sextā dicat̄ missa de vigilia: vtraq3 ad pꝛincipale altare. Dñi vigilia

assumptionis btẽ marie in dñica eueneř. tunc dicař missa de vigi. in capřo cũ mẽoꝛijs de sãctis eusebio et laurẽtio: ⁊ in sũma missa de oc. nois iesu fiat memo. de dñica et de trinita. et nichil de sctis eusebio et laurẽtio: ⁊ tũc in tertia feria ꝓxima sequẽte dicatur missa dñicalis in capřo. ¶ In vigiř. assũp. Offi.

Salue sancta parẽs enixa puerpera regem: qui celum terrãq3 regit in secu la seculoꝛum. V. Benedicta tu in mulieribus: et benedictus fructus ventris tui. In hac vigi. nõ repetař offm̃ post psalmũ: sed post Gloria pri. et Sicut erat. tm̃. Ad hãc missã de vigiř. dr cãt⁹ ferialis sup Kyrie eleison. Glia in excel. Sanctus. et Agnus. nisi dñica fuerit: tũc em̃ dicit cantus sup Kyrie eleison. Glia in excelsis. Sanctus. et Agnus. ⁊ Ite missa est. sicut in festo triũ lectionũ sine regimie chori: ⁊ dicit missa in capitulo. Oro.

Deus qui virginalem aulã beate marie in qua habitares eligere dignatus es: da q̃s vt sua nos defensione munitos/ iocũ dos faciat sue interesse festiuitati. Qui viuis et regnas deus.

¶ Memoꝛia de sctõ eusebio. Or.

Deus qui nos beati eusebij confessoꝛis tui annua solennitate letificas: concede ꝓpitius vt cui⁹ natalitia colimus/ ꝑ eius ad te exempla gradiamur. Per dominũ. ¶ Memoꝛia de sancto laurentio. Lectio libꝛi sapientie.

Ab initio ⁊ ante scła creata sum/ ⁊ vsq3 ad futurũ seculum non desinã: ⁊ in habitatione sancta coꝛã ipso ministraui. Et sic in sion firmata sum/ et in ciuitate sctificata similiter requieui: ⁊ in hierusalẽ potestas mea. Et radicaui in ppřo honoꝛificato: ⁊ in ꝑtes dei mei hereditas illi⁹. Et in plenitudine sctõꝝ/ detẽtio mea. Gr. Bñdicta et venerabilis es virgo maria: q̃ sine tactu pudoꝛis inuenta es mater saluatoris. V. Uirgo dei genitrix quẽ totus non capit oꝛbis/ in tua se clausit viscera fact⁹ homo. Si dominica fuerit/ dicitur Alleluia. V. Post partum virgo inuiolata permansisti: dei genitrix intercede ꝓ nobis. Euangeř. Scdm̃ Lucam.

In illo tempoꝛe. Loquẽte iesu ad turbas: extollẽs vocẽ quedã mulier de turba/ dixit illi. Btus venter q̃ te poꝛtauit: ⁊ vbera que suxisti. At ille dixit. Quinimmo bti qui audiũt verbũ dei: et custodiunt illud. Offr. Felix namq3 es sacra virgo maria ⁊ omni laude dignissima: quia ex te oꝛtus est sol iustitie xp̃s deus noster. Et dr hac die sine allã. Oñicũq3 dr (extra. lxx. vsq3 ad pascha) nisi ad hanc missam de vigilia tantũ/ cũ extra dñicã euenerit. V. Beata es virgo maria q̃ dñm poꝛtasti creatoꝛem mundi: genuisti qui te fecit ⁊ in eternum permanes virgo. Secreta.

Munera nr̃a dñe (q̃s) apud clemẽtiã tuã dei genitricis cõmẽdet oro: quã idcirco de p̃senti sclo transtulisti/ vt ꝓ pctis nr̃is apud te fiducialiter itercedat. Per eũdẽ. ¶ Alia secre. de sctõ eusebio.

Sancti eusebij cõfessoꝛis tui interuẽtu dñe tibi seruitus nr̃a ꝯplaceat: ⁊ oblatio p̃sẽtiũ munerũ fiat p̃sidiũ deuotoꝝ. ꝑ. Prefatio quoti. Cõio. Alma dei genitrix succurre precantibus cunctis: nos quoq3 vna precamur supplites/ vt tuis precib⁹

adiuti laudemus trinitatē. Postcōio.

Concede q̄sumus misericors deus fragilitati nr̄e p̄sidiū: vt q̄ sctē dei genitricis et virginis marie requiē celebramus: intercessionis eius auxilio a nr̄is iniq̄tatibus resurgamus. Per eundē dn̄z.

¶ Alia postcōio de sācto eusebio.

Leti dn̄e sūpsimus sacramenta celestia: q̄ nobis intercedēte btō eusebio cōfessore tuo/ sentiamus vberius profutura. Per.



¶ In die assumptionis beate marie virginis. Ad missam. Officiū.

Eccle. 
Gaudeamus oēs in dn̄o diem festum celebrātes sub honore marie virginis: de cuius assumptione gaudent angeli/ et collaudāt filiū dei. ps. Eructauit cor meum
Psal. xliiij. verbum bonum: dico ego opera mea regi.

Kyrie. Deus creator. Oratio.

Venerāda nobis dn̄e huius diei festiuitas opē conferat salutarē/ in qua sctā dei genitrix mortē subijt tp̄alē: nec tamen mortis nexibus deprimi potuit: que filiū tuū dn̄z nr̄m de se genuit incarnatū. Qui tecū. Lctō libri sapie.

Cãt. iii.C. LEctulũ salomonis sexaginta fortes ambiũt ex fortissimis israel: oẽs tenentes gladios et ad bella doctissimi. Uniuscuiusq; ensis super femur suum: ꝓpter timores nocturnos. Ferculum fecit sibi rex salomon: de lignis libani. Colũnas eius fecit argẽteas/ reclinatorium aureum/ ascensum purpureum: media charitate cõstrauit propter filias hierusalem. Egredimini filie sion: ꝛ videte regem salomonẽ in diademate quo coronauit eũ mr̄ sua in die desponsationis illi⁹/ et ĩ die letitie cordis ei⁹. Quã pulchra es amica mea: q̃ pulchra es. Oculi tui colũbarꝝ: absq; eo qđ intrinsec⁹ latet. Ueni de libano spõsa mea: veni de libano/ veni coronaberis. Alla. ℣⁹. Tuã coronã adoram⁹ dñe: tuum gloriosum recolim⁹ triumphum. Alla. ℣⁹. Diadema spineum veneremur hodie: cuius p aculeũ sertũ dat͛ glorie. Sequẽ.

SI vis ℣e gl'iari/ ꝛ a deo coronari/ honore ꝛ gl'ia. Hãc coronã venerare studeas: atq; sectari portãtes vestigia. Hãc celorꝫ rex portauit/ honorauit et sacrauit/ sacro suo capite. In hac galea pugnauit/ cum antiquũ hostẽ strauit: triũphãs ĩ stipite. Hec pugnãtis galea/ triũphãtis laurea/ tiara põtificis. Primum fuit spinea/ postmodum fit aurea/ tactu sancti verticis. Spinarũ aculeos virtus fecit aureos: xp̄i passiõis. Que pctis spineos mortis eterne reos: adimpleuit bonis. De malis colligit͛/ ꝛ de spinis plectit͛ spinea peruersis. Sed in aurũ vertit͛ qñ culpa tollit͛/ eisdẽ ꝯuersis. Jocunda mysteria sunt hec: sed materia p̄sentis letitie. Nobis est historia/ qua patẽter frãcia coronatur hodie. Hui⁹ coronatio corone susceptio cui⁹ festũ agim⁹. Debito cum gaudio ꝛ anniuersario honore recolimus. Thesauro tã nobili/ tã desiderabili/ diues es effecta. Terra carens simili/ carẽs cõparabili/ deo ꝑdilecta. Tria priuilegia regna tibi alia subdũt in honore. Fides ꝛ militia vnctioq; regia: quarꝫ flores flore. Tibi o vrbs inclita/ oĩ laude ꝑdita/ mr̄ studiorum. Est corona tradita ꝛ in te reposita: vrbs parisiorꝫ. In dei preconiũ/ totũ cõfer studiũ/ totũ cor appone. Que xp̄i palladium/ ꝛ sacre sacrariũ/ facta es corone. Jesu pie iesu bone/ nostro nobis in agone largire victoriã. Mores nr̄os sic cõpone/ vt perpetue corone mereamur gloriã. Scd̃m iohãnem.

IN illo tp̄e. Apprehendit pilat⁹ iesum: ꝛ flagellauit. Et xix.A milites plectẽtes coronam de spinis ĩposuerunt capiti eius: ꝛ veste purpurea circũdederũt eũ. Et veniebãt ad eum: ꝛ dicebãt. Aue rex iudeorꝫ. Et dabãt ei alapas. Exiuit iterũ pilat⁹ foras: et dixit eis. Ecce adduco vobis eum foras: vt cognoscatis q2 in eo nullã inuenio causã. Exiuit ergo iesus portans spineã coronã: ꝛ purpureũ vestimentũ. Credo. Offr̄. Gloria et honore coronasti eũ: et constituisti eũ super opera manuum tuarum dñe. Secreta. Psal. viij.

Tuorũ militũ rex oĩps vir-
tutem corrobora: vt quos
in huius mortalitatis stadio vni-
geniti filij tui corona letificat: cõ-
summinato cursu certaminis/ im-
mortalitatis brauium apprehen-
dant. Per eũdem. Prefa. de cruce.
psal. xx. Cõio. Posuisti domine in capite ei9 co-
ronam de lapide precioso. Postcõio.

Supplices te rogamus oĩps
deus: vt hec sacramenta q̃
sũpsim9/ p sacroscte filij tui coro-
ne (cui9 solẽnia recẽsem9) vtutẽ/
nobis pficiãt ad medelã. p eundẽ.


Abbato celebraṫ de beata
virgine: ⁊ hoc institutũ est
propter quinqȝ rationes:
quarũ prima est. In quadã eccl'ia
ciuitatis cõstantinopolitane erat
imago btẽ virginis/ corã qua de-
pendebat velum qd totã velabat
imaginem: sed hoc velũ in vj. fer.
post vespe. recedebat ab imagine
nullo mouẽte/ solo dei miraculo:
quasi deferreṫ in celũ vt ad plenũ
posset imago conspici. Celebratis
vespis in sab. descẽdebat ipm ve-
lũ ante eandẽ imaginẽ: ⁊ ibi ma-
nebat vsqȝ in fe. vj. sequentẽ. Hoc
viso miraculo: sãcitũ est vt semp
illa fer. celebrareṫ de btã virgine.
Alia etiam rõ est q2 dño crucifixo
et mortuo: discipulis fugientibus
et de resurrectiõe desperantib9: in
illa sola tota fides remansit. Scie-
bat eñ quõ portauerat eum sine
labore/ et pepererat sine dolore: ⁊
ideo certa erat q̄ filius dei esset/ et
a mortuis tertia die resurgere de-
beret. Et hec est ratio quare dies
sabbati magis q̄ alia dies beate
marie appropriaṫ. Tertia ratio
est: q2 dies sab. est ianua et introi-
tus ad dñicã diem: dies aũt dñica
est dies requiei: ⁊ significat vitam
eternã. Unde cũ in grã sum9 dñe
nostre: sum9 quasi in ianua para-
disi. Igiṫ q2 ipsa est nobis porta
ad regnũ celorũ: qd p diẽ do. figu-
ratur: ideo de illa solennizatur in
vij. fer. ordinatio misse quotidia-
ne btẽ marie q̃ diẽ dñicã precedit.
Quarta ratio est: vt solemnitas
matris solẽnitati filij cõtinuetur.
Quinta ratio est: vt festiu9 agaṫ
in die qua de9 ab oĩ opere requieuit.

¶ Ordinatio misse quotidiane
beate virginis que diciṫ Salue.


Ulsato ad missam btẽ ma-
rie: cõueniãt clerici ad eã-
dẽ p hebdo. deputati: q̃ fi-
ctis pri9 horis btẽ virgis i capella
eiusdẽ videlȝ prima/ tertia/ sexta/
et nona: missã solenniṫ exequanṫ.
Hoc addito q̄ in inceptiõe cuiuslibȝ
hore dr salutatio angelica: scilicet
Aue maria, genu flectendo sub si-
lentio. ¶ Ad missam quotidianã
btẽ marie sacerdoti assistant dia-
conus et subdia. ministrãtes et in
dalmaticis ⁊ tunicis omni dupli-
ci festo p annũ/ ⁊ p octa. nati. dñi/
pasche/ ⁊ pentecostes: in sabbatis
et in dominicis et in omnibus fe-
stis que habent inuitatorium tri-
plex. Et in omnib9 his Alleluia
a duob9 de superiorib9 in suppelli-
ciis canteṫ: al's a clericis inferiori-
bus in hitu semp eodeȝ. Celebraṫ
etiã missa btẽ virgis solẽniter oĩ
die p annũ in capella eiusdem: nisi
duob9 dieb9 primis ante pascha.
¶ Ad missã btẽ vgis quotidie di-
cendã i capel. ⁊ i choro ifra aduẽ.
qñ fit plenũ seruitiũ de ea: nisi in
festo cõceptionis eiusdẽ. Officiũ.



Isa. xlv. Rorate celi desup et nubes pluant iustu: apiat terra et germinet saluatorem. ps. Et iustitia oriatur simul: ego dns creaui eu. Deinde repetat offm Rorate. Gloria patri. Tertio repetat offm. Et sic fiat p totum annu: etia infra passione. Ad missa quotidiana de sca maria in capella eiusde oi die p annu (nisi duob9 diebus ante pascha) dr vnu Kyrie. ex istis sequentib9. vez offib9 simplicib9 fest. siue fiat in choro de tepore siue de fes. sanctor/dr vnu istoru absq ẞ. scilicz Kyrie Rex splen. vel Kyrie Fons boni. In oib9 do dnicis dr absq ẞ. vnu eorude: vel istud scz Kyrie Rex genit. ¶ Fer. ij. kyrie de O rex clemes. ¶ Fe. iij. kyrie Conditor. ¶ Fe. iiij. Cucti potes. ¶ Fe. v. Orbis fac. ¶ Fe. vi. Lux et ori. ¶ Sabbato. kyrie omps. Oro.

Deus q de bte Marie semp virginis vtero verbu tuu agelo nuciate carne suscipere voluisti: psta supplicib9 tuis vt q vere ea dei genetrice credim9/ ei9 apud te intercessiotb9 adiuuemur. p eu. ¶ Seqntes meorie fiat per totu annu ad missam eiusde in capella secunda or. de trini. Ops sempit. tertia or. p ebis viuis. Ops sepiterne de9 q facis mirabilia. quarta or. p bnfactoribus defunctis. Ops sepitne de9 vnica sal9 mor. quinta oro gnalis/scz Ops sepiterne de9 q viuor. Reqre pdictas orones cu secretis et postcoionibus an offm Salue sca pares. Et sciedu est q scda oro ad missam quotidiana de sca maria erit semper de scto in cuius honore dedicatuz est altare vel ecclesia vbi quis celebrat. ¶ Lectio Esaie prophete.

In diebus illis Locutus est dns ad achaz: dicens. Pete vij. B tibi signu a dno deo tuo in pfundu inferni: siue in excelsu supra. Et dixit achaz. No peta: et no tentabo dnm. Et dixit. Audite ergo dom9 dauid. Nuqd paru vobis est molestos esse hoib9: qr molesti estis et deo meo: Propter hoc dabit dns ipse vobis signu. Ecce virgo cocipiet et pariet filiu: et vocabitur nome eius emanuel. Butyru et mel comedet: vt sciat reprobare malu/et eligere bonu. In capella bte virginis per totu annu gr. cu suo ẞ. cantet a toto choro. Gr. Tollite portas principes vestras: et eleuamini psal. xxiij. porte eternales et introibit rex glorie. ẞ. Quis ascedet in monte dni: aut qs stabit in loco scto eius: innocens manib9 et mundo corde. Nunc repetat grad. post suu ẞ. in missis quotidianis de sancta maria: neqz de trinitate: neqz de ceteris comeo. nisi in pleno seruitio tm. Alla. ẞ9. Aue maria Luc. i. C. gra plena dns tecu: bndicta tu in mulierib9. Ide Alleluia. per totu aduetu dr in choro in comeoratione bte ma

rie: ⁊ similit in capella. Seq̄ntia.
Mittit ad virginē. vel q̄uis alia
ad placitū. ⁊ hoc per totū annum
obseruet ad missam quotidianā
de sctā maria. ¶ Et sciendū est q̄
quotidie per annū d̄r seq̄ntia in ca
pella btē virgis: ⁊ similit in cho-
ro qn̄ d̄r missa solenniter de eadē.
¶ Qn̄ fit plenū seruitiū de sancta
maria p̄ aduentū: d̄r vna ex istis
sequentijs p̄ ordinē: ⁊ similit dicit̄
ad missā quotidianā. Sequētia.

Missus gabriel de celis/ ver
bi baiulus fidelis/ sacris
disserit loq̄lis cū btā virgine. Ver
bū bonū ⁊ suaue/ pādit int⁹ in cō
claue/ et ex eua formans aue/ eue
verso noie. Cōsequēter iuxta pa-
ctū/ adest verbū caro factū/ semp
tū est intactū puellare gremium.
Patrē pariēs ignorat/ et quē hō
nō deflorat/ nō torquet nec labo-
rat qn̄ parit filium. Signū audis
nouitatꝫ/ crede solū ⁊ est satis: nō
est tue facultatꝫ soluere corrigiā.
Grāde signū et isigne/ est in rubo
et in igne: ne appropiet idigne cal
ciat⁹ q̄spiā. Uirga siccā sine rore:
nouo ritu nouo more/ fructū pro
tulit cū flore: sic ⁊ v̄go pepit. Bn̄-
dict⁹ talis fructus/ fruct⁹ gaudij
nō luct⁹: nō erat adā seduct⁹ si de
hoc gustauerit. Jesus nr̄ iesus bo
nus/ pie mr̄is piū on⁹/ cui⁹ ē i celo
thron⁹: nascit̄ i stabulo. Qui sit ē
p̄ nobꝫ nat⁹/ nr̄os deleat reat⁹: q̄z
nr̄ icolat⁹ hic est in piculo. Seq̄n.

Mittit ad virginē non quē
uis angelū/ sed fortitudi-
nē suā archāgelū/ amator hoīs.
Fortē expediat p̄ nobis nūcium:
nature faciat vt p̄iudiciū/ in p̄tu
virgis. Naturā superet nat⁹ rex
glorie/ regnet et imperet/ ⁊ zyma
scorie tollat de medio. Superbien
tiū terat fastigia/ colla sublimiū
calcās vi p̄pria/ potēs in p̄lio. Fo
ras eijciat mūdanū p̄ncipē/ secū
sāmq; faciat secū p̄ticipē/ p̄ris ipe
rij. Exi q̄ mitteris hec dona disse-
re: reuela veteris velamen litere/
virtute nunctij. Accede nuncia dic
aue cominꝰ dic plena grā dic tecū
dn̄s/ ⁊ dic ne timeas. Uirgo susci
pias dei depositū in quo perficias
casta p̄positū: et votum teneas.
Audit et suscipit puella nūcium/
credit ⁊ cōcipit ⁊ parit filium: sed
admirabilē. Consiliariū humani
generis/ ⁊ deū fortiū ⁊ patrem po
steris: in pace stabilē. Sequentia.

Uerbū bonū ⁊ suaue: perso
nem⁹ illud aue: per q̄d x̄pi
fit conclaue/ virgo mr̄ filia. Per q̄d
aue salutata/ mox cōcepit fecūda
ta: virgo dauid stirpe nata/ inter
spinas lilia. Aue veri salomonis
mr̄/ vell⁹ gedeonis/ cui⁹ magi tri
bus donis laudāt puerperiū. Aue
solē genuisti/ aue p̄lē p̄tulisti/ mū
do lapso cōtulisti/ numē ⁊ iperiū.
Aue mr̄ verbi summi: maris port⁹
signū diuini: aromatum virga fu
mi/ angelor domina. Supplica-
mus nos emēda/ emendatos nos
commēda tuo nato: ad habenda
sempiterna gaudia. Scd'm lucā.

In illo tp̄e. Missus est ange
lus gabriel a deo in ciuita-
tē galilee cui nomen nazareth: ad
virginē desponsatam viro cui no
mē erat ioseph/ de domo dauid: et
nomē virgis maria. Et igressus
angelus ad eā: dixit. Aue grā ple-
na dn̄s tecū: bn̄dicta tu in mulie-
ribus. Que cū audisset/ turbata

est in sermone eius: et cogitabat qualis esset ista salutatio. Et ait angelus ei. Ne timeas maria: invenisti enim gratiam apud deum. Ecce concipies in utero et paries filium: et vocabis nomen eius iesum. Hic erit magnus: et filius altissimi vocabitur. Et dabit illi dominus deus sedem David patris eius/ et regnabit in domo Jacob in eternum: et regni eius non erit finis. Dixit autem maria ad angelum. Quomodo fiet istud: quoniam virum non cognosco? Et respondens angelus: dixit ei. Spiritussanctus superveniet in te: et virtus altissimi obumbrabit tibi. Ideoque et quod nascetur ex te sanctum: vocabitur filius dei. Et ecce Elizabeth cognata tua: et ipsa concepit filium in senectute sua. Et hic mensis est sextus illi que vocatur sterilis: quia non erit impossibile apud deum omne verbum. Dixit autem maria. Ecce ancilla domini: fiat mihi secundum verbum tuum.

Et legatur evangelium ad missam beate marie in eiusdem capella omni die per annum/ cum eadem nota qua et evangelium ad missam de die legendum est.

Nota quod ad missam quotidianam beate marie: semper dicitur Credo. quando dicendum est ad missam de die. Offer. Ave maria gratia plena dominus tecum: benedicta tu in mulieribus: et benedictus fructus ventris tui. sine V. vel quodvis aliud ad placitum per totum annum ad missam quotidie de eadem. Idem de communione observetur. Secreta.

In mentibus nostris quesumus domine vere fidei sacramenta confirma: ut qui conceptum de virgine deum verum et hominem firmiter confitemur: per eiusdem salutifere incarnationis potentiam/ ad eternam mereamur pervenire letitiam. per eundem. Prefa. Et te in vene.

Et dicitur hec prefa. quotidie in capella et etiam in commemo. eiusdem per totum annum nisi a nati. domini usque ad puri.

Com. Ecce virgo concipiet et pariet filium: et vocabitur nomen eius emanuel. Postco. Esaie vii. C

Gratiam tuam quesumus domine mentibus nostris infunde: ut qui angelo nunciante christi filii tui incarnationem cognovimus: per passionem eius et crucem ad resurrectionis gloriam perducamur. per eundem. Hec predicta postcom scilicet Gratiam tuam. dicitur in tempore paschali usque ad vigi. ascen. do. exclusive quando post aliquam missam fit mem. de beata maria cum officio Salve sancta pa.

Notandum est quod in omnibus fest. beate mar. per totum annum: et quotidie infra octa. et in octa. eiusdem dicitur eadem missa in capella que dicenda est in cho. ita tamen quod epistola non mutetur per octa.

Ad missam de sancta maria in die nati. do. et quotidie abhinc usque ad purifica. in capella et in choro quando fit plenum servitium de ea. Officium.



Vultum tuum deprecabuntur omnes divites plebis: adducentur regi virgines post eam: proxime eius adducentur tibi in letitia et exultatione. Psal. xliiii. Ps. Eructavit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. Quando autem dicitur Gloria in excelsis. V. Spiritus et alme. habet dici omnibus sabbatis in capella cum cantu que continetur in magno missali de nostra domina. In choro autem quater in anno: videlicet in ultima commemo. beate virginis ante adventum: et ante lxx. et tunc dicitur Spiritus et alme orphanorum. a toto choro cum V. sequenti. dicetur etiam in choro in octa. assumptionis et nativit. beate marie a tribus clericis de superiori gradu in superpelliciis ad gradum chori.

¶ Et sciēdū est q̄ qn̄cū q̄ dicit̄ in choro vel extra. v. Spūs et alme. dicit̄ super Kyrie. cant⁹ de Kyrie. oīpotēs. et iste sequēs cātus super Sanct⁹. cū hac additione Benedictus marie filius. et dicitur iste cantus super Agnus. Oratio.

Deus qui salutis eterne beate marie virginitate fecunda humano generi p̄mia p̄stitisti: tribue q̄s vt ipsam pro nobis intercedere sentiam⁹: per quā meruim⁹ auctorē vite suscipere: dn̄m nostrū iesum xp̄m filiū tuū. Qui tecum. Lctō ep̄le bti pauli ap̄li. ad titū.

iii. D Charissime. Apparuit benignitas et humanitas saluatoris n̄ri dei. Nō ex opib⁹ iustitie que fecim⁹ nos: sed secūdū suā miam saluos nos fecit. Per lauachrū regeneratiōis et renouationis spūs sancti/ quē effudit in nos abūde: per iesū xp̄m saluatorē n̄rm. Ut iustificati gr̄a ipsius: heredes simus secundū spem vite eterne.

Psal. xliiij. In xp̄o iesu: dn̄o n̄ro. Gr. Speciosus forma pre filiis hominū: diffusa est gratia in labiis tuis. v⁹. Eructauit cor meū verbū bonū: dico ego opera mea regi: lingua mea calamus scribe velociter

Ecclā. scribentis. Alla. v. Post partū virgo inuiolata p̄mansisti: dei genetrix intercede p̄ nobis. Hoc Alla. dr in ānūco btē marie i choro i tēpore natiui. dn̄i: et etiā quotidie in capella. Itē in die purifi. dr Alla. v⁹. Adorabo. in choro et in capella. vt's. in eodē die purifi. Qn̄cū q̄ aūt fit plenum seruitium de sctā maria: dr vna ex istis sequētiis p̄ ordinē. Sequeñ.

Post partum virgo maria. Dei genitrix fecunda gr̄a tonantis plena. Aue terrarū dn̄a alma celorū regina. Tibi ethera oīs q̄ sctōr turma depromat symphonia. Tellus flumina atq̄ siluarū nemora resultent voce sua. Salue parēs iclyta felix puerpā. Per te lux et vitas mundo est edita. Tu iesum papilla lactasti sacra: extās v̄go feta mater itacta. Un̄ n̄ris eia faue votis dn̄a: xp̄m interpellans p̄ salute hūana. Per te n̄r aboleri filiorū flagitamus crimina. Nos q̄ oēs itroduci sēpiterna paradisi gaudia. Quo pennis vite p̄fruamur gr̄a. Alia sequeñ.

Ave maria gr̄a plena dn̄s tecū virgo serena. Benedicta tu in mulieribus. Que peperisti pacē hoīb⁹ et angelis gloriā. Et bn̄dict⁹ fruct⁹ vētris tui. Qui coheredes vt essemus sui nos fecit per gr̄am. Per hoc autē aue mūdo tam suaue ꝯtra carnis iura. Genuisti prolē nouū stella solē noua genitura. Tu parui et magni leonis et agni saluatoris xp̄i tēplum extitisti sed v̄go itacta. Tu floris et roris panis et pastoris virginū regina/ rosa sine spina/ genitrix es fctā. Tu ciuitas regis iustitie. Tu mater es mie. Theophilū te formās gr̄e. De lacu fecis et miserie. Ergo maris stella v̄bi dei cella/ et solis aurora. Paradisi porta per quā lux est orta/ natū tuum ora. Nos vt soluat a pctis et in regno claritatis quo lux lucet sedula/ collocet per secla. Alia sequeñ.

Letabūdus exultet fidelis chor⁹ alla. Regē regū intacte profudit tor⁹/ rēs miranda. Angel⁹ cōsilij nat⁹ est de virgine/ sol de stella. Sol occasū nesciens/ stella semper rutilās/ sēper clara.

Sicut sydus radium pfert virgo filiũ pari forma. Neq sydus radio/neq mater filio fit corrupta. Cedrus alta libani/conformatur hysopo valle nostra. Verbũ ens altissimi corporari passũ est: carne sumpta. Esaias cecinit/synagoga meminit/nunq tamen desinit esse ceca. Si non suis vatibus credat vel gẽtilib⁹/sibyllinis versibus hec predicta. Infelix propera/crede vel vetera/cur dãnaberis gẽs misera: Quẽ docet ista vatũ ꝯsidera: ipm genuit puerpera. Alla. Alia sequẽ. de btã Maria.

Salue sctã parens/rosa spina carens: seda nobis bella/aue maris stella. Dona nobis pacẽ/mater tu veracẽ: iuuamen tribue/mutans nomẽ eue. Mala nostra pelle trahens sine felle: crimina ignosce/bona cuncta posce. Per te deꝰ mater/fili⁹ et pater: vt per te natus/tulit esse tu⁹. Supbiã vita/salus infinita: suscipe tu fastos/mites fac et castos. Subleua tu clemens/salue vgo parens tecũ subleuemur: sẽp colletemur. Ago tibi pri summas grates ratas: almo nato sonus trin⁹ honor vn⁹. Laudeꝰ dei filius pris marie vnic⁹: colant/adorẽt viscera/quẽ terra pontus ethera. Surgamus oẽs inuicẽ/flectam⁹ irã vindicẽ: subdanꝰ illi singula/cui luna sol et oia. Btã mater hũilis/excelsa sup sydera: fac nos purgatos crimine/btã mater munere. Presta virgo pijssima/lustrata almo flamine: munitos redde filio btã celi nuncio. Per te sumam⁹ gaudia/et supernorũ cãtica: psallẽtes xpi nomine/gloria tibi dñe. O gloriosa dña/hirsutos hostes callidos: sternis collisa tartara/confusa sẽper viscera. Quod eua tristis abstulit/tu sola mater tribuis: p te resumit popul⁹/priores vires pditas. Tu regis alti ianua: p quã intramus curiã: iocunditatꝫ gaudia/atq sctõrũ ciuiũ. Gloria tibi dñe/qui natus es de virgine: cum pre et sancto spiritu/in sempiterna secula. Amen. Alia sequentia.

Hac clara die turma festiua dat preconia. Mariã ꝯcrepãdo symphonia nectarea. Mundi dña q est sola castissima virginum regina. Salutis causa vite porta/atq celi referta gra. Nam ad illã sunt nũcia olim sctã angelica. Aue maria gra dei plena per secula. Mulier pia agmina intra semp bñdicta. Virgo et grauida: mater itacta ple gliosa. Cui contra maria hec reddit femina. In me quomõ tua iã fiẽt nũcia: Virũ noui nulla certe copula. Ex quo atq nata sum incorrupta. Diue missus ita reddit affata. Flatu sacro plena fies maria. Noua afferens gaudia celo terre nati p exordia. Intra tui vteri claustra/portãs q gubernat eterna. Omnia q dat tpa pacifica. Alia sequentia.

Aue mũdi spes maria/aue mitis aue pia/aue plena gra. Aue vgo singularꝫ q p rubũ designarꝫ nõ passum icẽdia. Aue rosa speciosa/aue iesse virgula. Cui⁹ fruct⁹ nri luctus relaxauit vincula. Aue carẽs simili/mũdo diu flebili reparasti gaudiũ. Aue cui⁹ viscera contra mortis federa ediderunt filiũ. Aue vginũ lucerna/per quã fulsit lux supna/his

quos vmbra tenuit. Aue vgo de
qua nasci: et de cuius lacte pasci
rex celoꝝ voluit. Aue gēma celi
luminariū. Aue sctispūs sacrariū.
O q̄ mirabilis ꝛ q̄ laudabilis hec
est vginitas. In qua p spm̄ sctm̄
paraclitū fulsit fecunditas. O q̄
sctā q̄ serena q̄ benigna/q̄ ame-
na esse vgo credit. Per quā serui-
tus finit: porta celi aperit et liber
tas reddit. O castitatis liliū tuū
precare filiū qui salꝰ est humiliū.
Ne nos pro nostro vitio in flebili
iudicio subijciat supplicio. Sed
nos tua sctā prece mundās a pcti
fece: Collocet in lucis domo: amē
dicat omnis homo. Alia sequen̄.

Hodierne lux diei: celebris in
matris dei agit memoria.
Decātemꝰ in hac die: semp vgi-
nis marie/laudes et pconia. Ois
homo oī hora: ipsam ora ꝛ implo
ra/eius patrocinia. Psalle psalle
nisu toto: cordis oris voce voto/
aue plena gra. Aue dña celoꝝ: in
experta viri torum/parens paris
nescia. Fecūdata sine viro: genui-
sti modo miro: genitorē filia. Flo
rēs ortꝰ austro flāte: porta clausa
post et ante/via viris inuia. Fusa
celi rore tellus: fusum gedeonis
vellus/deitatis pluuia. Salue
splendor firmamenti: tu caligino
se menti desup irradia. Placa ma-
re maris stella: ne inuoluat nos
procella/et tempestas obuia.

¶Iste septē sequentie dār qn̄ fit
plenū seruitiū de sctā maria ex-
tra aduentū p totū annū/etiam i
lxx. vsqꝫ ad caput ieiunij. Nunq̄
cū dr tractꝰ ad missam de cōmē-
ratione btē marie in eccl'ia Sar.
sed semp sequentia: etiā p totā .xl.
ad missam quotidianā de ea. Et
tūc q̄plures dicūt in dñicis. Aue
preclara. Euangel'. Scdm Lucā.

In illo tpe. Pastores loque- ii.c
bātur ad inuicē. Transeamꝰ
vsqꝫ bethleē: et videamꝰ hoc vbū
qđ factū est/qđ fecit dñs et ostēdit
nobis. Et venerunt festinantes: ꝛ
inuenerūt mariā et ioseph: ꝛ infā-
tem positū in presepio. Videntes
autē: cognouert de vbo qđ dictū
erat illis de puero hoc. Et oēs q̄
audierant mirati sunt: et de his q̄
dicta erant a pastoribus ad ipsos.
Maria autē cōseruabat oīa vba
hec: ꝯferēs in corde suo. Et reuersi
sunt pastores glorificantes ꝛ lau-
dātes deū: in oibus q̄ audierant et
viderāt: sicut dictum est ad illos.
Offr. Offerent regi virgines post eā:
proxime eius offerent tibi. Secreta. Psal. xliiij.

Oblatis dñe muneribꝰ sup-
pliciter deprecamur: vt q̄ ve-
rā vbi tui incarnationē fideliter ve
neramur: verā eiusdē substantiā
carnis ac sanguinis quā per spiri
tū sctū vgo mat edidit/i hoc pse-
ti mysterio salubriter pcipiamus.
p eūd. Prefa. Qr p icarna. Cōio.
Diffusa est gra in labiis tuis: propterea Ibidē
benedixit te deꝰ in eternum. Postcōio.

Da qs misericors deus: eius
nos ꝯtinua intercessiōe ve-
getari: cuꝰ integra vginitate sus-
cepimus auctorē nr̄e salutis: dñm
nrm̄ iesū xp̄m filiū tuū. Qui tecū.
¶Sequentes mēorie fiāt p totū
annū ad missam eiusdē in capella
¶Secūda orō de trinitate. Orō.

Omps sempiterne deꝰ: q̄ dedi-
sti famulis tuis in cōfessiōe
vere fidei eterne trinitatis gloriā
agnoscere: et in potentia maiesta-

tis adorare vnitatẽ: q̃s vt eiusdẽ fidei firmitate ab omnib⁹ semper muniamur aduersis. Qui viuis.

Tertia or̃. p̃ ep̃is viuis ⁊ subditꝫ

OMnipotens sempiterne deus q̃ facis mirabilia magna sol⁹/ pretẽde sup famulos tuos pontifices ⁊ super cũctas cõgregationes illis cõmissas sp̃m grãe salutaris: ⁊ vt i veritate tibi cõplaceãt/ perpetuũ eis rorẽ tue benedictionis infunde. Per dñ.

¶ Quarta orõ p̃ro benefactoribus defunctis. Orõ.

OMnipotens et misericors de⁹ vnica salus mortaliũ: te supplices exoramus pro aiabus famulorum famularũq̃ tuarũ: parentũ et benefactorũ nostrorũ: vt interueniente btã dei genitrice maria cũ oibus sctis tuis: pctõr̃ eis largiri digneris indulgentiã/ ⁊ in nouissimo die btẽ resurrectionis leticiã per eũd.

¶ Quinta orõ gñalis pro viuis et defunctis. Oratio.

OMnipotens sempit̃ne de⁹ q̃ viuor̃ dñaris simul ⁊ mortuorum oimq̃ misereris quos tuos fide et opere futuros esse p̃noscis/ te supplices exoram⁹: vt p̃ q̃b⁹ effũdere p̃ces decreuim⁹: quosq̃ vel p̃sens seculũ adhuc in carne retinet: vel futur̃ iã exutos corpore suscepit: pietatꝭ tue clemẽtia oim delictor̃ suorũ veniã ⁊ gaudia cõsequi mereant̃ et̃na. p̃.

¶ De trini. Secre.

SAnctifica q̃s dñe de⁹ trinitas sctã: p̃ tui scti nois inuocationẽ/ hui⁹ oblatiõis hostiã: et p̃ eã nosmetip̃os tibi p̃fice munus eternũ. Qui viuis.

¶ Pro episcopis viuis et subditis. Secreta.

HOstias q̃s dñe famulorum tuorũ placatus intende: et quas in honore nominis tui deuota mente pro eis celebram⁹: proficere sibi sentiant ad salutem. per.

¶ Pro bñfactorib⁹ defũctꝭ. Secr̃.

SAnctifica quesum⁹ domĩe hec fideliũ omniũ vitalia sacramenta: ⁊ presta vt per ea (interueniẽte beata dei genitrice maria cũ omnibus sanctis tuis) hoc ipsum proficiat animabus famulorum famularũq̃ tuarũ: parentũ et benefactorũ nostrorũ: vt ab omnib⁹ vitijs expiate pabulo vite reficiantur eterne. Per eundẽ.

¶ Pro viuis et defunctis. Secre.

DEus cui soli cognitus est numer⁹ electorũ i superna felicitate locandus/ tribue q̃s vt vniuersorũ quos in oratione commendatos suscepim⁹: siue omniũ fideliũ noĩa/ btẽ predestinationis liber ascripta retineat. Per dñm.

¶ De trinitate. Postcõmunio.

PRoficiat nobis ad salutem corporis et aie dñe deus noster hui⁹ sacramenti susceptio: et sempiterne sãcte trinitatis/ eiusdẽq̃ indiuidue vnitatis confessio. In qua viuis et regnas.

¶ Pro episcopis et subditis. Postcõio.

QUos celesti recreas munere dñe perpetuo comitare presidio: et quos fouere non desinis/ dignos fieri sempiterna redẽptione concede. Per dominũ nr̃ꝫ.

¶ Pro bñfactoribus. Postcõio.

UIuificet nos q̃s dñe salutare quo pasti sum⁹ sacramentum: ⁊ interueniẽte beata dei genitrice maria cũ oibus sanctis tuis/ cõcede vt hoc ipsum p̃ficiat aiab⁹ famulor̃ famlarũq̃ tuar̃/ parentum et bñfactorũ nostrorũ/

ad ꝓmerendam ꝓpitiationis tue gratiã: et ꝑcipiendã future resurrectiõis gloriã sempiternã. per eũd.

¶ Pro viuis et defunctis. Postcõ.

Pro celestis cõuiuij iocunditate gratias tibi referimus rex et sacerdos noster / maiestatẽ tuã humiliter rogãtes: vt hec sacrosancta corporis et sãguinis tui hostia non sit nobis reatus ad penã / sed intercessio salutaris ad veniã. Sit ablutio scelerũ / sit fortitudo fragiliũ / sit contra oĩa mũdi ꝑicula firmamẽtũ / sit viuorũ atq mortuorũ fidelium remissio omnium delictorum. Per te saluator mundi rex glorie. Qui viuis & regnas cum deo patre in vnitate.

¶ Ad missam de sctã maria a purifica. vsq ad aduẽtũ dñi in capella et in choro qñ fit plenũ seruitiũ de ea: nisi in fes. et per octa. eiusdẽ.



Sedulius. Salue sctã parens enixa puerpera regẽ q̃ celũ terramq regit i scła sclorũ. In tẽpore pascha. allã. ꝟs. Benedicta tu in mulieribus: & benedictus fructus ventris tui. Luce i. C Oratio.

Concede nos famulos tuos q̃s dñe deus perpetua mentis et corporis sanitate gaudere: & gloriosa btẽ marie sẽper virginis intercessione a p̃senti liberari tristitia: & eterna perfrui letitia. Per dñm nr̃m. Lectio libri sapientie.

Eccli. xx. B Ab initio et ante secula creata sum: et vsq ad futurũ seculũ non desinã / et in habitatõe sctã corã ipso ministraui. Et sic in sion firmata sum / et i ciuitate sãctificata similiter requieui: & in hierusalẽ potestas mea. Et radicaui in populo honorificato: et in ꝑtes dei mei hereditas illius. Et in plenitudine sanctorũ: detentio mea.

Gr. Bñdicta et venerabilis es virgo maria: que sine tactu pudoris inuenta es mater saluatoris. ꝟ. Virgo dei genitrix quẽ tot9 nõ capit orbis: in tua se clausit viscera factus homo. Eccli. ¶ Sciẽdũ est q qñ i tpe pascha. fiet de festo annũciatiõis btẽ mar. i capella / erit primũ Alla. ꝟ. Per te dei genitrix. et scdz Alla. ꝟ. Aue maria. Itẽ in die assumptiõis btẽ marie / dñica infra octa. et in octa. die. Alla. ꝟ. Hodie maria virgo. in choro et in capella. Et per octa. Alla. ꝟ. Assũpta est. in choro et in capella. Item in natiuita. beate marie / do. infra octa. et in octa. die. Alla. ꝟ. Natiuitas gloriose. in choro et i capella. Et p octa. Alla. ꝟ. Per te dei genitrix. &c. i choro & i capella. ¶ Sciẽdum est q a purifi. vsq ad. lxx. & a Deus omniũ. vsq ad aduẽtũ do. quando fit plenũ seruitiũ de scta mar. quacũq fer. contigerit: semp dicitur sequens. Alla. ꝟ. Salue virgo mater dei: templum sancti spiritus: que sola vocari digna meruisti regina celorũ et domina. nisi in tpe pascha. tunc enim semper erit primũ

Eccl̃a. Alla. V. Per te dei genitrix nobis est vita pdita data: que de celo suscepisti ple et mūdo genuisti saluatorē. Et .ij. Alla. qñ fit plenū seruitiū erit de resurrectione sicut de vno festo cū regimine chori: et dicit sequentia vna de supra notatis. In capella autem primū Alla. V. Per te dei genitrix. Scdm vo alla. diuersimode dr p totā hebd. videlz die dñica Alla. V. Obtine sacris precibus pia dei genitrix veniam delictorū tuis supplicib9. ¶ Fer. ij. Alla. V. Post partū virgo inuiolata permansisti: dei genitrix intercede pro nobis. ¶ Fer. iij. Alla V. Ora pro nobis pia virgo maria: vnde xps natus est pro nobis peccatorib9 ora. ¶ Fer. iiij. Alla. V9. Uirtutes celi te venerant virgo maria: tuum vnigenitū cōtemplātes ad dexterā dei pris in potestate et maiestate magna. ¶ Fer. v. Alla. V. Ueni electa mea et ponam te in thronū meū: qz concupiuit rex speciem tuā. ¶ Fer. vj. Alla. V. Salue virgo. vts. ¶ Sabbato. Alla. V9. Uirga iesse floruit: vgo deū et hominem genuit: pacem deus reddidit in te reconcilians ima summis. Ista septem alla. dnr in capella btē marie a purifi. vsqz ad adueñ. dñi extra .lxx. vsqz ad pascha: nisi qz extra tēpus pasche i loco illi9. Alla. V. Post ptū. dicat Alla. V9. Per te dei genitrix. vts. et exceptis tpibus prenoiatis. Sic̃ i tpe pasc. qñ celebrat missa de sācta maria sine nota: vel post missam fit memo. tunc primum Alla. V. Per te dei geni. et secundū Alleluia. V. Post partū virgo. In hebd. pasche. etiā semp dicit Gr. Benedicta et venerabilis. ad missam quotidianā de sctā maria vsqz ad sabbm et nō in ipso sab. Seqntia dr p ordinē vna de septē sequētijs supra notatj vel q̄uis alia p totū annū ad placitū. Secūdū Lucā.

xi. A. In illo tpe. Loquēte iesu ad turbas: extollens vocē qdā mulier de turba / dixit illi. Beat9 venter qui te portauit: et vbera q̄ suxisti. At ille dixit. Quinimo beati qui audiunt verbum dei: et custodiunt illud. Aliud euangel. in tēpore pascha. Secūdū Johānē.

xix. C. In illo tpe. Stabant iuxta crucē iesu: mater eius et soror matris eius maria cleophe / et maria magdalene. Cum vidisset ergo iesus matrē et discipulū stātē quē diligebat: dixit matri sue. Mulier: ecce fili9 tu9. Deinde dixit discipulo. Ecce mater tua. Et ex illa hora: accepit eā discipulus in suā. Offr. Felix nāqz es sacra vgo maria et omni laude dignissima: quia ex te ortus est sol iustitie christus deus noster allā. Et finiat cū allā. quādocūqz dicitur extra .lxx. vsqz ad pascha: et nisi in vigilia assumptionis beate marie tantū. Secreta. Eccl̃a.

Tua dñe ppitiatione et btē marie semp vginis intercessiōe: ad ppetuā atqz psentē hec oblatio nobj pficiat psperitatē et pacē. p d. Prefatio. Et te i veneratione. Cōio. Btā viscera marie virginis que portauerūt eterni patris filium. In tpe pasch. Cō. Uera fides geniti purgauit crimina mundi: et tibi vginitas inuiolata manet allā allā. Postcō.

Sumptis dñe salutis nostre subsidijs: da qs eius patrocinijs nos vbiqz protegi / in cuius veneratione hec tue obtulim9 maiestati. Per dominum nostrum. ¶ Missa pro pace. Officium.

f. cxxi A pacem dñe sustinentibus te vt ꝓphete tui fideles inueniant: exaudi p̄ces serui tui et plebis tue israel. In tēpore paschali. alleluia alleluia. P̄s. Letatus sum in his que dicta sunt mihi: in domum domini ibimus. Kyrie eleison. Oratio.

Deus a quo sancta desideria / recta consilia / et iusta sunt opa: da seruis tuis illam quā mundus dare nō potest pacē: vt et corda nostra mandatis tuis dedita / ⁊ hostiū sublata formidine tēpora sint tua ꝓtectiōe tranquilla. Per d. Lectio libri machabeorū.

lij.i.E In diebꝰ illis. Orationē faciebant sacerdotes dū offerrēt sacrificium pro populo israel / ionatha inchoāte: ceteris autē respondētibus et dicentibus. Benefaciat vobis deus et meminerit testamēti sui: qđ ad abrahā et isaac et iacob locutꝰ est seruorū suorū fideliū. Et det vobis cor omnibꝰ vt colatis eū: et faciatis eius voluntatē. Adaperiat cor vestrū in lege sua / et in p̄ceptis suis: ⁊ faciat pacem. Exaudiat orationes vestras et reconciliet vobis: nec vos deserat in tēpore malo / dominꝰ deus

f. cxxi noster. Gr. Letatus sum in his que dicta sunt mihi: in domū domini ibimus. V. Fiat pax in virtute tua: et abundātia

Psal. in turribus tuis. Alla. Vꝰ. Qui po-

cxlvij. suit fines tuos pacem: et adipe frumenti satiat te. Secūdum Iohānem.

xvi.G In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis. Ecce venit hora et iam venit vt dispgamini vnusquisq; in propria: et me solū relinquatis. Et non sum solus: qr pater mecū est. Hec locutus sum vobis: vt in me pacē habeatis. In mundo pressuram habebitis: sed cōfidite / qr ego vici mūdū. Offr. Deus tu conuertēs viuificabis nos: et plebs tua letabit in te. Ostēde nobis dñe f. lxx iiii misericordiam tuam: et salutare tuum da nobis. In tpe pascha. allā allā. Secreta.

Deus qui credētes in te populos nullis sinis concuti terroribus / dignare preces et hostias dicate tibi plebis suscipere: vt pax tua pietate concessa / christianorum fines ab omni hoste faciat esse securos. Per dñm. Cōio.

Amen dico vobis: quicquid orantes petitis / credite qr accipietis: et fiet vobis. Mar. xi.C In tpe pascha. allā allā. Postcōio.

Deus auctor pacis et amator: quem nosse viuere / cui seruire regnare est: ꝓtege ab omnibus impugnationibꝰ supplices tuos: vt q̄ in defēsiōe tua confidimus / nullius hostilitatis arma timeamus. P. d. ¶ Missa ꝓ rege. Offin. f. lxx iii

Rotector noster aspice deus / et respice in faciem christi tui: qr melior est dies vna in atriis tuis super milia. In tēpore paschali. alla alla. P̄s. Quā dilecta tabernacula tua domine virtutū: cōcupiscit ⁊ deficit anima mea in atria domini. Oro.

Quesumꝰ omnipotēs deꝰ / vt famulus tuus rex noster. N. qui tua miseratione suscepit regni gubernacula / virtutum etiā omniū percipiat incrementa: quibus decēter ornatus / et vitiorum voraginem deuitare / ⁊ hostes superare / et ad te q̄ via veritas ⁊ vita es: gratiosus valeat peruenire. Per d. Epla. Orationē faciebant sacerdotes. vt s. i officio p̄cedenti.

Psal. lxxxv. Gr. Saluū fac seruū tuū deus meus sperantē in te. V. Aurib⁹ pcipe dñe oratio-
Psal. lviij. nē meā. Alla V. Eripe me de inimicis meis deus meus; et ab insurgentibus in me libera me. Scdm marcū.

xi. C. IN illo tpe. Dixit iesus discipulis suis. Amen dico vobis qz qcūqz dixerit huic monti/tollere et mittere in mare: et nō hesitauerit in corde suo: sed crediderit qz quodcūqz dixerit fiat/fiet ei. Propterea dico vobis. Qia qcūqz orātes petitis/credite qz accipietis: et euenient vobis. Et cū stabitis ad orandū dimittite si quid habetis aduersus aliquē: vt et pater vester q in celis est/dimittat vobis petā vestra. Quod si vos nō dimiseritis: nec pater vester q i celis est/dimittet vobis pctā vestra. Offer.

Psal. liiij. Exaudi deus orōnē meā et ne despexeris deprecationē meā; intende i me et exaudi me. In tpe pasc. allā allā. Secreta.

MUnera qs dñe oblata sctifica: vt et nobis vnigeniti tui corpus et sanguis fiant/et famulo tuo N. regi nro ad obtinendā aie corporisqz salutē: et ad peragēdū iniūctū sibi officiū te largiēte vsqzquaqz pficiant. Per eundē.

Mar. xi. C. Cōio. Amen dico vobis: qcqd orantes petitis/credite qz accipietis: et fiet vobis. In tpe paschali. allā. allā. Postcō.

HEc dñe salutaris sacramēti perceptio famulū tuū regē nostrū N. ab omnibus quesumus tueatur aduersis/quatenus et ecclesiastice pacis obtineat trāquillitatem: et post istius temporis decursum ad eternam perueniat hereditatem. Per dñm no.

¶ Ad inuocandum gratiam spiritus sancti. Officium.



SPirit⁹ dñi repleuit orbem terrarū alleluia: et hoc quod continet omnia scientiam habet vocis alleluia alla alleluia. Ps. Exurgat deus et dissipentur inimici eius: et fugiant qui oderunt eum a facie ei⁹. Orō. Psal. lxvij.

DEus cui omne cor patet/et oīs volūtas loquit/et quē nullū latet secretū: purifica per infusionē scti spūs cogitatiōes cordis nostri: vt te perfecte diligere et digne laudare mereamur. Per do. in vnita. eiusd. Ad corithios.

FRatres. Unicuiqz datur i. xii. manifestatio spūs: ad vtilitatē. A Alij qdem p spm datur sermo sapientie: alij sermo scientie secundum eūdem spm. Alteri fides in eodē spū: alij gratia sanitatum in eodem spū. Alij operatio virtutum. Alij pphetia. Alij discretio spirituū. Alij gnā linguarū. Alij interpretatio sermonū. Hec autē oīa opat vn⁹ atqz idē spūs: diuidēs singulis put vult. Gr. Beata gens cui⁹ est dñs de⁹ eor/populus quē elegit dñs in hereditatē sibi. V. Uerbo dñi celi firmati sunt: et spiritu oris eius oīs virtus eor. Alla. V. Ueni sancte spiritus/reple tuorū corda fideliū; et tui amoris in eis ignē accēde. S iohānē. Psal. xxxij. Eccl.

IN illo tpe. Dixit iesus mulieri samaritane. Mulier crede mihi/qz venit hora qn neqz in monte hoc: neqz in hierosolymis adorabitis patrē. Uos adoratis qd nescitis: nos adoramus qd scim⁹: qz sal⁹ ex iudeis est. Sed iiij. C

venit hora et nũc est: qñ veri ado-
ratores adorabunt patrẽ in spiri-
tu et veritate. Nam et pater tales
queret q̃ adorẽt eũ. Spũs est de⁹:
et eos qui adorent eũ/in spiritu ⁊
veritate oportet adorare. Offr.
Ps. ciiij Emitte spm̃ tuũ et creabuntur: et renoua
bis faciem terre: sit gloria dñi in secula.
In tẽpore paschali allã. Secreta.
Hec oblatio dñe deus q̃s cor
dis nr̃i maculas emundet:
vt scti spũs digna habitatio effi-
ciat. Per do. in vni. eiusdẽ. Cõio.
Johã. Spũsſctũs docebit vos oĩa allã. q̃cunq̃
xxiiii. dixero vobis alleluia allã. Postcõio.
Sacrificiũ salutis nr̃e tibi of
ferentes/concede nobis q̃s
dñe per grãm scti spũs purificatꝭ
mentibus sepius tue pietatis cele-
brare mysteriũ. per d. i vni. eiusdẽ.
¶ Ad missam pro seipso. Officiũ.
Ps. liij. Deus in nomine tuo sal-
uum me fac: et in virtu-
te tua iudica me: deus
exaudi orationẽ meam.
In tpe pascha. alla alla. Ps. Qm̃
alieni insurrexerunt aduersum me: ⁊ for-
tes quesierunt animam meã. Oratio.
Omñs sempiterne deus q̃ me
peccatorem sacris altarib⁹
astare voluisti: et sancti nois tui
laudare potẽtiã: cõcede queso per
huius sacramenti mysteriũ meorꝫ
mihi veniam peccatorum: vt tue
maiestati digne ministrare mere-
ar. Per dominum. Ad romanos.
vij. D Fratres. Condelector legi
dei: scdm interiorẽ homi-
nem. Video autẽ aliã legẽ in mẽ-
bris meis repugnãtẽ legi mentis
mee: et captiuã me ducẽtẽ in legẽ
peccati q̃ est in mẽbris meis. In-
felix ego hõ. Quis me liberabit

de corpore mortis huius? Grã dei
per iesum xp̃m dñm nostrũ. Gr.
Esto mihi in deum protectorẽ et in locum Ps. lxx.
refugii/vt saluum me facias. V. De⁹ in
te speraui dñe/non cõfundar in eternum.
Alla. V⁹. Eripe me de inimicis meis Psal.
domie deus meus/et ab insurgentib⁹ in lviii.
me libera me. Secundũ Johannẽ.
In illo tpe. Dixit iesus disci- xv. A
pulis suis. Si mãseritis in
me/et verba mea in vobis manse-
rint: qd̃cũq̃ volueritis petitis et
fiet vobis. In hoc clarificatus est
pater meus/vt fructũ plurimum
afferatis: et efficamini mei disci-
puli. Sicut dilexit me pat: et ego
dilexi vos. Manete in dilectione
mea. Si precepta mea seruaueri-
tis: manebitis in dilectione mea.
Sicut et ego patris mei precepta
seruaui: et maneo in ei⁹ dilectiõe.
Hec locut⁹ sum vobis: vt gaudiũ
meũ in vobis sit. Et gaudium ve-
strũ ipleat. Offr. Intende voci ora- Ps. v.
tionis mee rex me⁹ et de⁹ me⁹: qm̃ ad te
orabo dñe. In tpe pasch. Alla. V.
Verba mea auribus pcipe dñe: intellige Ibidẽ
clamorẽ meũ et exaudi me Secreta.
Deus q̃ te precipis a pecca-
torib⁹ exorari/tibiq̃ sacri-
ficiũ cõtriti cordis offerri: hoc sa-
crificium quod indignis manibus
meis offero/acceptare dignare.
Et vt ipse tibi hostia et sacrificiũ
esse merear: miserat⁹ concede q̃ p
mysterij hui⁹ exhibitionẽ/pctorꝫ
omniũ percipiã remissionẽ. Per
Cõio. Ab occultis meis munda me do- Psal.
mine: et ab alienis parce seruo tuo. In xviii.
tempore paschali. allã. Postcõio.
Aures tue pietatis mitissi-
me deus inclina precibus
meis: et per hui⁹ diuini sacramẽ-

ti carnis et sanguinis filij tui dñi nostri iesu christi quod indignus sumpsi mysterium: gratia sancti spiritus illumina coꝛ meū: vt tuis mysterijs digne ministrare / teq; eterna charitate diligere et sempiterna gaudia percipere merear. Per do. in vnita. Itē p semetipso alta oro. nō Sax. Suppliciter te deus, vt sequit post. ¶ Missa ad poscēdum donū spūsscti. Officiū.

Rom. v. A Charitas dei diffusa est in coꝛdibus vr̄is alla/ per inhabitātē spiritū ei⁹ i vobis. alla alla. Ps. Dñe de⁹ salutis mee i die clamaui ꝛ nocte coꝛā te. Ps. lxxxvii. Oro.

Omnipotens sempiterne de⁹ qui iustitiā tue legis in coꝛdibus credētiū digito tuo scribis: da nobis fidei / spei / et charitatis augmentū: ꝛ vt mereamur assequi qd pmittis: fac nos amare quod precipis. Per dñz. Ad coꝛinthios. i. cap. xiii. b

Fratres. Charitas patiēs est: benigna est. Charitas nō emulat / non agit perperā / nō inflatur / non est ambitiosa / non querit que sua sunt: non irritat. Nō cogitat malum / non gaudet sup iniquitate / congaudet autem veritati. Oīa suffert / oīa credit: omnia sperat / oīa sustinet. Charitas nunq̄ excidit: siue pꝛophetie euacuabunt / siue ligue cessabūt / siue scientia destruetur. Ex parte eni cognoscim⁹: et ex pte pphetamus. Cū aūt venerit qd perfectū est: euacuabit qd ex parte est. Cū essem paruul⁹: loqbar vt paruulus / sapiebā vt paruulus / cogitabā vt paruul⁹. Quādo aūt fact⁹ sum vir: euacuaui q̄ erant paruuli. Videmus nunc p speculum in enigmate: tūc aūt facie ad faciem. Nūc cognosco ex parte: tūc autē cognoscam sicut ꝛ cognitus sum. Nunc autē manent / fides / spes / charitas: tria hec. Maioꝛ autem hoꝛū / est charitas. Gr. Domine dominus noster: q̄ admirabile est nomē tuū in vniuersa terra. V⁹. Qm̄ eleuata est magnificentia tua super celos. Alla. Ps. viii.

V. Domine deus salutis mee in die clamaui et nocte coꝛam te. S. Johannē. Ps. lxxxviii. xiii. A

In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis. Filioli / adhuc modicū tēp⁹ vobiscū sum Queretis me: ꝛ (sicut dixi iudeis) quo ego vado vos non potestis venire. Et vobis dico modo. Mādatū nouū do vobis vt diligatis inuicē sicut dilexi vos: vt et vos inuicem diligatis. In hoc cognoscent omnes q; discipuli mei estis: si dilectionē habueritis adinuicē. Dixit ei simō petrus. Domine / quo vadis: Respondit iesus. Quo ego vado non potes me modo seq: sequeris aūt postea. Offr. Lauda anima mea dominum: laudabo dominum in vita mea: psallam deo meo q̄ diu ero. In tempoꝛe paschali. alleluia. Secreta. Psal. cxlv.

Emitte q̄s dñe spm̄ charitatis / q̄ et hec p̄sentia munera nostra tuū nobis efficiat sacramentum: ꝛ ad hoc pcipiēdū coꝛda nr̄a purificet. p do. in vni. eiusdē. Cōio. Pꝛimū querite regnū dei: et oīa adijcientur vobis / dicit dn̄s. In tpe paschali. alla alla. Postcōmunio.

Spiritū nobis dn̄e tue charitatis infunde: vt quos vino et pane celesti satiasti: tua facias pietate concoꝛdes. p do. in vnita. eiusdē. ¶ Missa p peccatoꝛibus.

Psal. cxxix. Si iniquitates obseruaueris dñe: dñe quis sustinebit: qr apud te propitiatio est deus israel. Ps. De profundis clamaui ad te domine domine exaudi vocem meam. Orõ.

Exaudi qs dñe supplicũ preces/et confitẽtiũ tibi parce peccatis: vt pariter nobis indulgentiam tribuas benignus et pacem. Per dominũ. Ad romanos.

v.B. Fratres. Cũ adhuc peccatores essemus: xps pro nobis mortuus est. Multo igit magis iustificati nũc in sanguine ipsius: salui erimus ab ira per ipm. Si enĩ cũ inimici essemus/reconciliati sumus deo per mortem filij eius: multo magis reconsiliati salui erimus in vita ipsius. Non solum autẽ: sed et gloriamur in deo. Per iesum christũ dñm nostrum.

Ps.lxxviij. Grada. Propitius esto domie peccatis nris: nequando dicãt gẽtes vbi est deus eorum. V. Adiuua nos deus salutaris noster: et propter honorem nominis tui dñe libera nos. Allã. V. Ostende nobis

Ps.lxxxiiij. domine misericordiam tuam: et salutare tuum da nobis. Secundũ Lucam.

v.F In illo tẽpore. Vidit ies' publicanũ noie leui sedentem ad teloneũ: et ait illi. Sequere me. Et relictis oib': surgẽs secut' est eũ. Et fecit magnũ ei cõuiuiũ leui in domo sua: et erat turba multa publicanorum et aliorum q cũ illis erãt discumbẽtes. Et murmurabant pharisei et scribe eorũ: dicẽtes ad discipulos ei'. Quare cũ publicanis et pctõrib' mãducatis et bibitis: Et respõdens iesus: dixit ad illos. Nõ egẽt q sani sunt medico: sed q male habent. Nõ eni veni vocare iustos: sed pctõres ad penitentiã.

Offr. Deus tu conuertens viuificabis nos: et plebs tua letabitur in te. ostẽde nobis dñe miam tuam: et salutare tuum da nobis. In tpe pascha. allã. Secre. Ps.lxxxiiij.

Hostias tibi dñe placationis offerimus obsecrãtes: vt et delicta nostra miseratus absoluas: et mutantia corda tu dirigas. per d. Cõio. Inclina aurẽ tuã: Ps.xxx. accelera vt eruas me. In tẽpore paschali. alleluia alleluia. Postcõio.

Presta nobis eterne saluator vt percipientes hoc munere veniã peccatorum: deinceps peccata vitemus. per dominũ nrm.

Missa p penitentib'. Officiũ.

Iustus es dñe et rectum Psal. cxviij. iudiciũ tuũ: fac cum seruo tuo scdm miam tuã. In tpe pasch allã. allã. Ps. Beati immaculati in via: qui ambulant in lege domini. Oratio.

Omnipotẽs sempiterne de': cõfiteti tibi famulo tuo N. pro tua pietate peccata relaxa: vt nõ plus ei valeat cõsciẽtie reatus ad penã/q indulgentia tue pietatis ad veniam. p d. Ad galathas.

Fratres. Si preoccupatus vi.F fuerit homo in aliquo delicto: vos q spũales estis instruite huiusmodi in spũ lenitatis/considerãs teipm ne et tu tẽteris. Alter alterius onera portate: et sic adimplebitis legẽ xpi. Gr. Saluũ Ps.cxiij fac seruũ tuũ deus me' sperãtẽ in te. V. Auribus pcipe dñe orõnẽ meã. Allã. V. Qui timent dñm sperẽt in eũ: adiutor eorum et protector eorũ est. S. mattheũ

In illo tpe. Discũbente iesu ix. B in domo: ecce multi publicani et peccatores veniẽtes discũbe-

bãt cũ eo et discipuli ei⁹. Et viden tes pharisei: dicebãt discipulis su is. Quare cũ publicanis et pecca torib⁹ mãducat magister vester: At iesus audiẽs: ait. Nõ est opus valentibus medicus: sed male ha bentib⁹. Euntes autem discite q̃d est/misericordiã volo: et nõ sacri ficiũ. Nõ eni veni vocare iustos: sed peccatores. Offr. Sperent in te omnes qui nouerunt nomen tuum dñe: qm̃ non derelinquis querentes te/psalli te domino qui habitat in sion: quoniam non est oblitus orationem pauperum. In tẽpore pasch. alleluia. Secreta.

PResta q̃s omnipotẽs ꝛ mi sericors deus: vt hec saluta ris oblatio famulũ tuum. N. et a ppriis reatibus indesinẽter expe diat: ꝛ ab omnibus tueaꝛ aduer sis. Per do. Cõio. Amen dico vobis: quicquid orantes petitis: credite quia accipietis/et fiet vobis. In tempore paschali. alleluia allã. Postcõio.

OMñs et misericors de⁹ qui omnẽ animã penitẽtẽ ꝛ cõ fitentem magis vis emendare q̃ perdere: respice propitius sup hũc famulũ tuũ. N. ꝛ p hec sacramen ta q̃ sumpsimus auerte ab eo irã indignationis tue/et omnia pec cata sua ei dimitte. p d. Missa pro inspiratiõe diuĩe sapie. Offm̃.

LEx dñi irreprehensibi lis cõuertens animas: testimonium dñi fidele sapientiã pstãs paruu lis. In tpe paschali. alla alla. ps. Celi enarrant gloriã dei: et opa manuũ eius annunciat firmamentum. Oro.

DEus q̃ p coeternã tibi sapi entiã hominẽ cũ non esset condidisti: pditũq; misericorditer reformasti: presta q̃s vt eadẽ pe ctora nr̃a inspirante: te tota mẽte amem⁹/et ad te toto corde curra mus. p. Lctõ epl̃e bti iacobi apl̃i.

